

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Gottlieb Möller Johann Wilhelm Biedermann

**D. Lutherum Lutheranum ante Lutheranismum, Reformationis, quaeq[ue] in Eius
celebrantur memoriam lubilaeorum, & Ipsius Reformatoris Hostibus
infensissimis, Pontificiis, oppositum**

Rostochii: Wepplingius, 1693

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn733812848>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 26.Juli 1693

Biedermann, Joh. Guil.

höller, johann g.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn733812848/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn733812848/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn733812848/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn733812848/phys_0003)

DFG

IN GLORIAM MEDIATORIS!
D. LUTHERUM
LUTHERANUM ante
LUTHERANISMUM,

REFORMATIONIS, qvæq; in Ejus celebrantur memoriam
 JUBILÆORUM, & Ipsius REFORMATORIS

Hostibus infensissimis, Pontificiis, oppositum,

Indultu benignissimo

250

*Summè Venerabilis in Illustri Rostoch, Universitate FACULTATIS THEOLOGICÆ,
 Sub MODERAMINE DÉCANI MAXIME SPECTABILIS,*

Dn. JOANNIS FECHTII,

Doctoris & Professoris Theologi Ordinarii longè meritissimi,
 Consistorii Ducalis Assessoris Gravissimi, & Districtus

Rostochiensis Superintendentis Vigilantissimi,

PATRONI, PRÆCEPTORIS, & in CHRISTO PATRIS
Observantia & Pietate filiali etatem colendi,

PRÆSES

M. JOHANNES Gottlieb
MÖLLERUS, Gedanensis,

DISSERTATIONE HISTORICO THEOLOGICA,

Die 26. Julii A. MDC XCIII, in AUDITORIO MAJORI placidæ ventilationi

subjiciendâ delineabit

RESPONDENTE

JOH. GUILIELMO Biedermañ/Lubec.

SS. Theol. & Phil. Cultore.

21. 
 Rostochii Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

1693.

VIRIS
ILLUSTRI,
DN. JOHANNI SEYTER/

Comiti Palatino Cæsareo, & Inclutæ Lubecensium Rei-
publicæ Consuli Primario, Eminentissimo.

Maxime Venerabili, Excellentissimo.

DN. AUGUSTO PFEIFFER,

Doctori Theologo de Universa J.C. Ecclesia immortaliter
merito, & Ecclesiarum Lubecensium Superintendenti
Vigilantissimo.

Generoso, Consultissimis, Amplissimis,

DN. JOACHIMO von DAHL/

ET

DN. DANIELI FRIDERICO PAULI,

J. U. Doctoribus longè Celeberrimis.

Admodum Reverendis, Praclarissimis,

DN. HERMANNO WEGHOFF/

Ad AEd. D. Jacobi apud Lubecenses Pastorū
Meritissimo,

ac

DN. SEBASTIANO BACMEISTERO,

Ad Ostium Travæ Ecclesiastæ Integerrimo.

Nobilissimo, Præcellentissimo,

DN. JOACH. FRIDERICO LARSTENS/

J. U. L. & Reipublicæ Lubecensis Senatori Gravissimo.

Amplissimo, Clarissimo,

DN. M. ENOCHO SVANTENIO,

Gymnasi Lubecensis Rectori meritissimo,

DNN. SUIS PATRONIS, MOECENATIBUS OPTIMIS, MAXIMIS,
PROMOTORIBUS & FAUTORIB9, qva par est observantia devenerandis,

bas studiorum Academicorum primitias consecrat sub ulteriori spe patrocinii,

sum ardentissimo omnigene in Domino prosperatus Voto

INCLUTORUM NOMINUM

Cliens subjectissimus, Citor obseruantissimus,

J. G. Biedermann.

Nobilissimo, Clarissimoq; Viro,
DN·M·JO· GOTTLIEB
MÖLLERO.

Disputationis hujus Præsidi,
S. P. P.

JO·FECHT, D.

 **C**um superiore an-
no è Kilonio Tuo, itine-
re per Daniam Sveciamq; factō, ad
nos accederes, optime MÖLLERE,
ex ingenuā facie Tuā amicissimum
mihi in convictu qyondam MEIS-
NERIANO Parentem, ex colloquiis
verò, de variâ mecum eruditione institutis, KORT-
HOLTIANÆ disciplinæ alumnum, è vestigio a-
gnovi. Adeò dissimulare non poteras id, quod à
Parente acceperas, bonam ad qvælibet præclara
indolem, mores ei, cui Te dicaveras, studio ap-
primè convenientes, pietatem præcipue, exconver-
tatione

fatione Tuā ubiq; eluentem. Jam illarum literarum varietatem, qvas per istud triennium, qvod in sinu summi Theologi, CHRISTIANI KORT-HOLTI, ad interiora ipsius admissus, exegisti, incredibili industriā, nec minore successu Te comprehendisse, tot mihi speciminibus hactenus innotuit, alterius hujus Parentis Tui imaginem referre, expers omnium rerum sit, qvi haut videat. Sacramrum rerum scientiam, non umbraticam illam & ad seculi genium comparatam, sed solidam & sanctissimarum Scripturarum fundamentis nixam, librorum præterea Symbolicorum & salutari Ecclesiæ nostræ consensui ita tenaciter inhærentem, ut novitatem omnem, istam cum primis pestem, qvæ Ecclesiis nostris milere dilacerandis apta nata est, extremo odio proseqvatur, superiore hyeme, quando in pulcherrimâ commilitonum coronâ sententias contulimus, iis mihi documentis demonstrasti, qvæ & spem de Te omnibus amplissimam, & lætitiam animo meo planè inusitatam excitarent. Qvantâ qvamqve acerrimâ industriâ personam Tuam semper egisti. Qvoties opem ferens aliis ~~in~~ ~~ad~~ ~~zēn̄pa~~ prosiliisti in bellum. Verè exemplum cæteris eras, qvod intueri, qvod exprimere, immò qvod poterant admirari. Nondum annum à Te apud nos exactum spatium est, cum literariæ gloriæ ardore, quo nihil honestius, nihil ad exempli majestatem efficacius est, accensus, & summum in Philosophiâ decus, in ipsis Jubilæi Svecici solennibus, ab Academiâ Pomeranorum Gryficâ, non tam ut laborum Tuorum, ceu dudum merebaris, præmium

præm̄ium, qvam ut instrumentum laudatissimorum
conatum accepisti; & novus Magister, vix unius
diei ferens moram, ne inani titulo ad blandiri Tibi vel-
le videreris, in eadem, qvæ Te ornaverat, Academiâ
PRÆSES pro cathedrâ disputasti; & ad Rostochium
Tuum rediens, in continenti simili in publicum,
qvasi nullibi umbraticus doct̄or, & qvi solum præ-
ferat nomen, futurus, eruditionis Tuæ specimine
prorupisti. Audivi Te opponentium insultus tan-
tâ doctrinâ, tantâ eloquentiâ repellentem, ac si in
isto militiae genere per omnem vitam Tuam ver-
satus essem. Tum verò in privatis Scholis Acade-
miæ juventuti recludere varios conquisitæ diurno
sudore scientiæ thesauros cœpisti, ut & docendo aliis
prodeßes, & ingenium tuum in Ipem patriæ elegan-
tissimis ornamentis perficeres. Dum verò & The-
ologorū Te cathedræ haud imparem esse, vene-
randæ Facultatis Theologicæ indultu, qvæ & vir-
tutes Tuas impensè aestimat, & Tui similes huic
Scholæ nostræ plurimos optat, rariore exemplo
ostensurus nunc es, novum documentum derivatæ
in Te à Præceptore Tuo, KORTHOLTO, eru-
ditionis edes. Nemo illo hodie in antiquitatis to-
tius & historiarum cognitione major. Te verò
eadem delectat & innocuæ & utilissimæ eruditionis
voluptas. In qvâ quantum profeceris, lectissima
argumenta, qvæ dissertationibus Tuis, in Gryphi-
swaldensi pariter atque hac nostrâ Academiâ pro-
positis, præscripsisti, qvæ vix visa lectors in amo-
rem rapiunt, luculentum testimonium reddunt.
Ego verò, qvi in contubernio te meo freqventer
habui, de civili sacrâqve, veteri recentiorique
histo-

historiâ, ad qvam instructissimus Tibi apparatus,
relicta à Parente Bibliotheca, & numero librorum
& precio cum rarioribus componenda, præsto est,
curiosè exqvisiteqve disserentem cum summâ sem-
per lætitia audivi. Qvâ in eruditionis parte, si quid
vel judicare possum vel præfragire, aliquando publi-
co egregio operam præstabis, & rei literariæ insi-
gne decus, & nomini tuo perennem famam allatu-
ram. Deus Te, doctissime MOLLERE, servet
& ingenii Tui dotes, cum summâ modestiâ conjun-
ctas, in patriâ qvondam efflorescere faciat ! Ego
mihi ex toto pectore gratulabor, si celeberrima
GEDANENSIUM Relpublica, Te vel Ecclesiæ suæ
vel Scholæ insigne lumen allaturo, in civem & à
me ejus qvalem cunqve partem profluxisse profi-
teri queat. Tu interea enitere, ut spes meas non
tam impleas, qvam superes. Vale. Scr. in musæo, d.
XXI. Jul. A. MDCXCIII.



C O N S P E C T U S

- I. **D**ubium Papistū de Lucheranismo
ante Lutherū, quomodo per pro-
ductionē Testium Veritatis ab Orthodo-
xis, in specie, B. Gerhardo solutum fuerit?
- II. Testibus veritatis sub Papatu ipse
B. Lutherus, ante indulgentiarum bel-
lum consideratus, accenseri potest.
- III. Probant id testimonia hanc in
rem adducta, exponentia mentem Lu-
theri (1.) de Theologia.
- IV. (2.) de Scripturā S.
- V. (3.) de Justificatione.
- VI. (4.) de Bonis Operibus.
- VII. (5.) de Cultibus Electitiss.
- VIII. (6.) de Peregrinationibus in lo-
ca abdita & deserta.
- IX. (7.) de Cultu Sanctorum.
- X. (8.) de Cultu Reliquiarum.
- XI. (9.) de Libero Arbitrio.
- XII. (10.) de corrupto Ecclesia statu,
abi etiam de Ejusdem in causa Reichlinio-
na judicio.
- XIII. (11.) de recepta Concionandime-
thodo.
- XIV. (12.) de Lettione Patrum sobria.
- XV. Testimonia adducta, et si sufficien-
ter probent, quod probare debent,
nullum tamen dubium, & superesse, &
superfuisse longè plurā.
- XVI. Ius testimoniorū quadruplex,
Primū: Divine Consideratio Providentia.
- XVII. Ius secundus: duplicita fabula
Papistica, Reformationis Lub. Verita-
tem & Sanctitatem defrumenta, refutatio.
- XVIII. Ibi (8) fabula prior de Lutheri
Augustiniani in Dominicanos odio, ob-
concessam Dominicanis prae Augustini-
ani indulgentiarum promulgationem
concepto, ceu primo Reformationis in-
citam in, exponitur ex mente
1. Bellarmini, 2. Rößlii, 3. Variorū, 4. Ma-
imburgii, 5. Pallavicini, 6. Natalis Alex.
- XIX. (2) fabula posterior: de repulsa
à dignitate Cardinaliā, quam passus
erat Lutherus, ceu odii in Ecclesiam,
curiamq. Rom. causa refertur ex menie
1. Talapied, 2. Sinnicbii, 3. Forneri, 4. Va-
riorū, quidigitū hoc forsitan intendere vult.
- XX. (3) Refutatur fabula utraq.
- (1.) ingenere
- (a) offendendo, scopo in totā contro-
versia hac suo excidere Pontificios, etk
vera esset utriusq. Criminis imputatio.
- (β) Verbis Lutheri ipsius.
- XXI. (2) In specie, demonstrando ab-
surditatem figmenii utriusq., (a) ex
argumentis historicis.
- XXII. (β) ex adductis Lutheri primitiis.
- XXIII. (γ) Ex duplii adversariorum
confessione veritatis.
- XXIV. (γ) Ex duplii adversariorum
confessione veritatis.
- XXV. Prima est eorum, qui Lutherum
sub ipso Papatu dogmatum Papalium
osorem fuisse afferunt, quod jacent.
1. Lindanus & Prateolus
- XXVI. 2. Stapletonus
- XXVII. 3. Gretserus
- XXVIII. Secunda Veritatis confessio
est à Pontificiis eorum, qui abusus Curie
R. Reformationi præbuisse occasionem
concedunt, quorum testimonia sunt
vel generales, vel speciales querela.
- XXIX. Proferuntur generales
querela de abusibus Curie R. & Bellarmino
- XXX. 2. Serarii 3. Variorum.
- XXXI. Subiiciuntur speciales Nun-
dationis Indulgentiarie reprehensi-
ones, 1. Bellarmini.
- XXXII. 2. Sarpii
- XXXIII. 3. Erasmi
- XXXIV.

CONSPECTUS.

- 4
- XXXIV.** (4.) Job. Aventini.
- XXXV.** (5.) Ad. à Conzen, occasione cuius etiam testimonii digressio fit de preventibus indulgentiaris ales lusibus impensis.
- XXXVI.** (6.) Richerii.
- XXXVII.** (7.) eorum, qui ibidem, ubi Lutherum accusarunt, inabusus tamen Indulgentiarios invehuntur.
- XXXIX.** Quales sunt. (a) Lindanus
- XXXIX.** (b.) Carassa, & Prateolus.
- XL.** (c.) Spondanus,
- XLI.** (d.) Maimburgius,
- XLII.** (e.) Pallavicinus,
- XLIII.** (f.) Natalis Alexander
- XLIV.** (g.) Variorum.
- XLV.** Triplex usus specialis jamjam adductorum Veritatis ex Pontificis testimoniorum contra ipsos Pontificios.
- XLVI.** Usus tertius adductorum ex Lutherano testimoniorum, in solutione Objectionis de anni decimi septimi, Lutheranae Reformationis jubileo quovis seculo consecrati, inconvenientiam, conspicuus.
- XLVII.** Ubi (N) profertur objectio.
- XLIX.** Quæ verbis adversariorum Ad. à Conzen & Rostii formatur.
- XLIX.** (2) Eadem refutatur.
- L.** (1.) depulsione calumnia de novitate religionis Lutheranae, seu fundamenti totius Disputationis. Quæ instauratur verbis Patrum Ecclesiæ Veterum, quibus in simili quondam casu refutarunt Paganos.
- LI.** Declarando (a) nostræ Orthodoxie antiquitatem (b) Pontificie heterodoxie novitatem & fidem veritatem.
- LII.** Quam nec negant ex adver-
- sariis Albafrindus, Edmundus Martene, du Pin.
- LIII.** (Y) Diluendo argumentum ex antiqua Veritatibus renovatione per Lutherum factâ pro adstruendâ religionis nostre nobilitate exstructum.
- LIV.** (2) discussione dubii ipsius, in qua at-tendenda tria:
- LV.** (a.) Genuinum Protestantium scopum in consecratione anni cuiusvis seculi XVII. intentius.
- LVI.** Quem ad illustrandum adducuntur verba B. Joh. Schmidii.
- LVII.** (b) Argumenti probantis, quod affirment adversarii, falsitas deprehensa tam ex adductis e Lutherio Veritatis confessionibus quam ex ipsis Pontificiorum testimoniosis.
- LIX.** (c) Ipsorum adversariorum, quibus cum disputamus, assertiones sua thesi contrarie, & nostra consentaneae, ut
- LIX.** (1) Ad. à Conzen.
- LX.** (2) Rostii.
- LXI.** (3) Specialis usus digressionis de jubilis contra Pontificios eruitur.
- LXII.** (¶) Scommata ab aduersariis sparsa in summos Magistratus Protestantes examinantur (1) offendendo ea injuria esse in Magistratus summos.
- LXIII.** (3) excusationem Pontificiorum recipiendo.
- LXIV.** (3) proferendo Pontificiorum constituta, directe etiam injuria in summas Potestates ut
- LXV.** Nominatim (a) Ad. à Conzen.
- LXVI.** (3) Forneri.
- LXVII.** (4) probando irreverentiam erga omnes promiscue Magistratus solenne esse Cleiri Rom. vitium, Quem in finem adducuntur (a) Scriptum Sharetzii, (b) Scommata Universitatis, (c) Constituta Jesuita Guinardi.
- LXIX.** (¶) Concluditur tota digressio loco ex Jure Civili, qui aduersariis opponitur.
- LXIX.** Usus quartus adductarum Veritatis ex Lutherio confessionum in eruditissimis quæ ante suscepimus Reformationem excelluit Lutherus, defensione contra Rostium, ruditatem his suam prodentem, sese exercens
- LXX.** Conclusio,
- I. Varia

LUTHERUS LUTHERANUS ante LUTHERANISMUM.

I.

Varia tot inter stratagemata, qvibus despe-
ratam Papatū causam adversus armorum, qvæ Prote-
stantium suppeditant castra, vim prorsus invictam,
Pontificii, non ut boni disputatores, sed ceu malo-
tiosi potiùs Sophistæ, conantur defendere, non po-
stremo haberi loco creberrimum illud ad qvæstio-
nem: *Ubi Lutheranismus fuerit ante Lutherum?* (in qvâ
nominetenus etiam, hos, qvi in dogmatibus, ipsos inter & no-
strates controversis, Doctrinæ, qvam profitetur Lutherus
cum asseclis, exstiterint Confessorès, recenseri sibi impruden-
ter non minùs, qvam impudenter postulant:) refugium, no-
tius est, qvam ut pluribus deducatur. Neqve ingenuum qvem-
vis latere potest arbitrum, per solidissima tot Orthodoxorum scri-
pta Theologorum, totqve in primis Evangelicæ Veritatis Testium &
Fidei Orthodoxæ sub ipso papatu Confessorum productionem, ex
abundanti, iniqvo adversariorum postulato eum in modum esse
satisfactum, ut si cramben, toties totiesqve recoctam, in hodier-
num etiam diem apponere denuò, injustæ Patroni caufæ non in-
termiserint, commiseratione potiùs qvam novâ digni refutatione
censeri debeant. Laudatissimos enim aliorum, in Romanæ con-
fusionem cohortis suscepitos labores, longâ ut nunc serie non re-
censemus, vel solum B. Gerhardum, dum *Confessionem* suam *Catho-
licam* præter fines alios, in adductæ etiam qvæstionis solutionem
conscriberet, (ut ex Proœmij p. 10. patet,) *opus, mole suâ irre-
futabile, objecisse Papatui, acerrimus etiam hujus defensor, Erberman-
nus Anti-Amesii T I. f. 5. fassus est, ipseqve, ingenuum prorsus de
incomparabili hoc scripto judicium ex ore Jesuitæ apud suos æsti-
matissimi, audivisse me memini, cùm in Collegii, cui præterat,
Bibliotheca, damnatos inter collocatum libros ostenderet.*

*Dubium
Papisticum
de Lutheru-
num ante
Lutherum,
q̄omodo per
productionem
Testium Ve-
ritatis ab or-
thodoxis, in
specie B. Ger-
hardo, solu-
tum fuerit.*

A 3

II. Cœte.

6 LUTHERUS LUTHERANUS ante LUTHERANISUM.

II. Coeterum ad ulteriore etiam quæstionis hujus discussionem

Teſtibus Ve- facere omnino videtur, si expendatur paulo accuratiū, qvā rati-
vitatis ſub Pa- one & ipſe, à quo denominari ſe hodiè patiuntur Orthodoxi, Lu-
pau ipſe B. therus, cum adhuc ex ſuāmet, Praef. in T; I. J. L omnium qvæ inge-
te indulgen- nuorum confeſſione Papistarum, Monachus eſſet, & Papistainſa-
tiarum bellū niſſimus — ita ebrius, imò ſubmersus in dogmatibus Pape, ut pa-
conſideratus ratissimus fuerit omnes ſi potuſſet occidere, aut occidentibus coope-
accenſeri po- rari & conſentire, qvī Pape vel una Syllabā obedientiam deſerē-
teſto.

rent, &, antequam per institutam adverſus Tetzelium Disputatio-
nem, queque eam ſequebantur, crebras adverſariorū laeſiatio-
nes, ad perſpicieada accuratiū Curia Romana ſecreta impellere-
tur, ſeque diſponente ſic, & ex ipſo veneno antidotum præparante,
Clementissimi Numinis Providentiā, ex omniſ nominis ſui, puriſ-
catum (Eauer) Eccleſiæ Reformatorem iſtare aggredereſtur,
eum jam Orthodoxæ habuerit prægustum Veritatis, ut reliquias, qui
produci ſolent in medium Evangelicæ ſub ipſo Papatu Fidei Con-
fessoribus, jure ſuo atque merito debeat accenſeri. Quo de ut plani-
us aliquantò, pleniusque conſtet, continuatur vi promiſſi, in proce-
mio Dissertationis de Nomine D. Lutheri facti, Memoriā Megalani-
di Renovatam, exhibemus jam aufſice ſupremo Veritatis Auctore
Deo, Lutherum Lutheranum ante Lutheranum, id est, iſtum illuſtria de Capitibus nos inter & Pontificios controverſis Veritatis or-
thodoxæ teſtimonia ex Epifolis maximè, monumentisque aliis, ante
bellum indulgentiarum exaratis, deprompta, ut quomodo in plurimis
Lutheranus, (Phraſi utimur Papifticā, vide iſtra N. XLIX) i.e.
Orthodoxus fuerit Lutherus etiam ante Lutheranum, ſeu cæptam
reformationem, contra Pontificios, infenſiſſimos illos Reformationis,
Jubilæorum hujus in memoriam indictorum, & Reformatoris ho-
ſtes patere pollit.

Probant id teſtimonia
hanc in rem adduta, ex-
ponentia
mentem Lu-
theri 1. de Theologia.

III. Ab ovo igitur, quod dici ſolet, temordiemur. Quæ Lu-
thero ſub ipſo Papatu adhuc viventi de PERVERSA ILLA SCHOLASTICORUM TRADENDI THEOLOGIAM, ſeu Philosophiam
potius cum Theologia turpiter confundendi METHODO, qvæ tunc
regnabat ubique, fuerit mens, in Ep. ad J. Braun Anno 1509 ex-
arata, T.J. Epp. Lutheri ed. Aurifabri p. 3.b. declaravit, ſcribens: Sum
nunc

nunc, jubemus vel permissemus DEO Wittebergae, quod si statum
meum nosse desideres, bene habeo DEI gratiam, nisi quod violen-
tum est studium maximè Philosophie (erat enim tum Dialectices
& Physices in Academia Wittebergense Professor publicus, Anno
1508. ad id officii vocatus,) quam ego ab initio libenterissime mutarim
Theologia, et inquam Theologia, quæ nucleus nunc, & medullam tri-
tici, & medullam ossum scrutatur; & in Ep. ad J. Langum Anno 1516.
data: miro bas literas, plenas questionum adversus Logicam, &
Metaphysicam, & Theologiam, i.e. blasphemiarum, & maledictio-
num contra Aristotelem, Porphyrium, Sententiarios, perdidit scis-
licer studia nostri Seculi.— Pars enim crucis meæ vel maxima est,
quod videre cogor, Fratrum optima ingenia boni studiis nata in
ipsis canis vicam agere, & operam perdere. Nec cessant Universi-
tates cremare bonos libros, & damnare, rursum malos dictare,
imò somniare. Quidibus jungenda, quæ in alia ejusdem anni ad eun-
dem Langum leguntur epistola, l.c.p. 23. b. hujus tenoris: Ego
sanè gravius offendit emnes: quod negavi Librum de verâ & falsâ po-
nitentiâ esse Augustini. (quæ in parte non errasse Lutherum ipse
concedit Bellarminus L. III de Poenit. C. IX. Augustini librum non
videri, scribens,) Est enim insuffissimus & ineptissimus, & nihil ab
Augustini eruditione & sensu remotius. Quod enī Gratianus,
& Magister senentiārum plurima ex illo ceperint, & conscientia-
rum non medicinam, sed carnificinam constaterint, sciebam. At
illo s'implacabiliter offendit, præcipue Doctorem Caristadium, quod
hac sciens negare audeam. Dicito ergo illū mirabundis, aut po-
tius mirabilibus Theologis, meum non esse disputandum, an Ga-
briel hoc, an Raphael ista, aut Michael ista dicat. Scio quid Gas-
briel dicat, scilicet omnia bene, præterquam ubi de Graia, Cha-
ritate, Fide, Spe, Virtutibus dicit: ubi cum suo Storo quantum
pelagisset, non est, ut per literas nunc perfaram. Quā interim,
methodo & tractaverit ipse, & tractari voluerit ab omnibus S. S
Theologiam ad Langum Anno 1516. l.c.p. 35. & ita exponit. Theo-
logia nostra & S. Augustinus prosperè procedunt, & regnante in
nostra Universitate, Deo operante. Aristoteles descendit paulatim,
inclinatus ad uinam propè suuram semper uernam: Mirè fastidiu-

3 LUTHERUS LUTHERANUS ante LUTHERANISMUM.

tur lectiones sententiariae: nec est, ut quia audtores sibi sperare posse
sit, nisi Theologiam hanc, id est Bibliam, aut S. Augustinum, ali-
umve Ecclesiasticae Autoritatis Doctorem vult proficeri.

(1)
de Scriptura
Sacra.

IV. Qua postrema Confessoris fidei verba orthodoxam ipsius de
SCRIPTURA. S. Sententiam nobis aperiunt. Scilicet ab ipso illo
tempore, quo literis in Erfurdtensi incumbens Academia, nactus
ali quando fuit latinum Bibliorum, nunquam sibi anteà visorum, co-
dicem Lutherus, tantum vel unica de Samuele & Hanna Historia ex-
citavit in eo desiderium sacratissimas legendi literas, ut contra mo-
rem planè istius seculi, etiam extra publicum docendi constitutus
officium, licentiam pervolvendi Biblia perpetuò flagitaret, spretis,
quæ in sanctissimi impedimentum studii movebantur, difficultatibus,
auctoritate superiorum, qui quanti tunc Scripturam S. fecerint, im-
mortali suo dedecore prodiderunt, dum Andream Carlstadium,
tanquam sufficientissimum inventum pro licentia, Anno 1510. in actis
Fac. Theol. Witteb. pronunciarunt, utut is, cum in Doctorem pro-
moveretur, nusquam vidisse Biblia, sed octavo demum post Docto-
ratus suum anno primò ea legisset, referente Luthero apud Reben-
stockium in *Colloquia Mensalibus* T. II. p. 199. a. & 208. b. Simulac vero
Professoris publici in Wittebergensi Academia perfungi munere ca-
pisset Noster, & publicè & privatim in suum, auditorumque suo-
rum commodum tantà Scripturam S., inque ea Psalterium præprimis
& Paulinas Epistolas legere, atque prælegere caput diligentia, ut
Scholaisticorum in se odium, bonorum vero quorumcunque favo-
rem provocaret, quemadmodum ex fide dignis Vitæ ejus Scriptori-
bus, Matthesio nominatim de vita Lutheri p. 3. b. seqv. liquet; cum-
que omnes B. Viri epistolæ, & monumenta illorum temporum
alia, testimoniorum hanc in rem adeò plena sint, vel quicquam ex
iis adducere judicamus supervacaneum, præter illustre illud Martini
Pollichii de Mellerstad, primi Academiæ Witteberg: Rectoris, pri-
mique in ea Theologiæ creati Doctoris, præfagium, de Luthero ex
indefesso ipsius studio Biblico conceptum, quod his Matthesius l. c.
p. 5. b. exhibet verbis: Der Münch wird alle Doctores irre machen/
und eine neue Lehre auffbringen / und die ganze Römische Kirche
reformiren/ denn er legt sich auf der Propheten/ und Apostel Schriften
und

LUTHERUS LUTHERANUS ante LUTHERANISMUM

und steht auf Jesu Christi Wort / das kan keiner weder mit Philosophie noch Sophisterey / Scosterey / Albertisterey / Thomisterey / und dem ganzen Cardaret umblossen und wiederfischen.

V. Volvens igitur tantà Lutherus cum diligentia, & revol-
vens codicem Biblicum, non potuit non Divinæ Veritatis lumine,
clarissimis in verbo resplendescente radiis, magis magisque indies
illuminari. Quantos sane in primo & principali Articulo de GRA-

(3)
de Justifica-
tione.

TUITA PER CHRISTUM HOMINIS PECCATORIS CORAM
DEO JUSTIFICATIONE, in quo sita sunt, & consistunt omnia,
que contra papam, Diabolum, & universum mundum in vita no-
stra do emus, (Orthodoxi) testamur & agimus (quemadmodum
ipse locutus postea est Lutherus Artic. Schmalc: P. II. Art. I. p. 305.
adde Form. Conc. p. 683.) habuerit profectus, anteqvam de Refor-
matione cogitaret, ex aurea plane ad Georgium Spenlein Augusti-
nianum, Anno 1515. dati epistolâ I c. p. II. seqv. manifestum est, in
qvâ hominem tentatum hunc inter alia alloquitur in modum:
terum quid agat anima tua scire cupio, utrumne tandem suam per-
tusa propriam Justitiam discat in Justitia Christi respirare, atq[ue]
confidere. Fervet enim nostra anima tentatio presumptionis in mul-
tis, & tis praincipiis, qui justi & boni esse omnibus viribus student,
ignorantes justitiam DEI, que in Christo est nobis effusissime &
gratis donata, que uni in seipsis iam diu operari benè, donec
habeant fiduciam standi coram DEO, veluti virtutibus & meritis
ornati, quod est impossibile fieri. Fuisse in apud nos in hac opinione,
imò errore, sibi & ego, sed & nunc quoque pugno contra istum erro-
rem, sed nondum expugnavi. Igitur, mi dulcis Frater, dice Chris-
tum, & hunc crucifixum, dice ei cantare, & de te ipso desperans,
dice ei: Tu, Domine Iesu, es Justitia mea, ego autem sum pecca-
tum iuum; assumpsisti, quod non eras, & dedisti mihi, quod non
eram. Cave, ne a iiquando ad animam uitatem ad pires, ut pec-
ca or vide iibi notis, imò esse; Christus enim non nisi in peccatori-
bus habiat. Ideò enim deinde dico, ubi habiat in justis, ut
etiam habiteret in peccatoriis. Iam Charita eius ruminatur,
& vide in dulcissimam operationem eius. Si enim nostris labori-
bus & afflictionibus ad conuenientiam quietem pervenire oportet, ad

B

quid

quid ille mortuus est? Igitur non nisi in illo per fiduciam desperationem rui & operum tuorum pacem invenies: dices insuper ex ipso, ut sicut ipse suscepit te, & peccata tua fecit sua, & suam justitiam fecit tuam. Quibus jungi potest ex Disputatione de libero arbitrio viribusque humanis, Anno 1516 ventilata, quae legi potest T. I. J. L. f. i. a. conclusionis tertiae corollarium primum: *Christus Jesus virtus nostra, justitia nostra, cordium & rerum scrutator, solus est cognitor meritorum nostrorum ac judex.*

(4.)
de Bonis Operibus.

VI. In corruptissima tunc de BONIS OPERIBUS Doctrina, quam multa desideraverit idem, pluribus exposuit locis, quorum è numero, præter jam jam adducta, duo nobis in præsenti sufficiunt. Alter ex epist. ad Georg Spalatinum, Anno 1516. scripta, depromptus est, ubi l. c. p. 27. b. de regula, secundum quam bona, quæ à Christianis exiguntur, opera formari debent, unicà sic differit: *Nequaquam igitur justitia Legis sive factorum tantum est in ceremoniis, sed rectius etiam in universi decalogi factis. Que quando fiunt extra fidem Christi, etiam si faciant Fabricios, Regulos, & planè integerrimos Viros apud Hominem: non tamen plus sapiunt justitiam, quam sorba sicum.* Non enim ut Aristoteles putat, iusta agendo justi efficimur, nisi simulatori: sed justi, (ut sic dixerint) fiendo & essendo operamur iusta: prius necesse est, personam esse mutatam, deinde opera: prior placet Abel, quam munera ejus. Alter ex alia ej. anni ad eundem epist: excerptus, proponit, quam Lutherò displicuerint immodicae, quæ invaluerunt eà tempestate, bonorum operum laudes; obiter enim sumptu à laudibus, quibus Clementissimus eum Princeps ornaverat, occasione, l. c. p. 31. b. differit: *Nolim, aut abs te, aut ullo homine laudari. Quia vana laus hominis: sola DEI laus vera: sicut Scriptum est: non in homine, sed in Domino laudabitur anima mea, & rursum: non in nomine vestro, sed laudamini in nomine sancto ejus. Non quod sint reprehendendi laudatores nostri: sed quod sunt laudatores hominum potius, quam DEI, cui solo Laus, Honor & Gloria Amen.*

7.
de cultibus
electitiis,

VII. De CULTIBUS in specie ELECTITIIS, in quibus summa olim, & omnis ferè collocabatur sanctitas, quid senserit, ex citatis modò videre est literis, in quibus Spalatinus,

latino, Lutheri, de adornanda versione opusculorum aliquot in linguam vernaculam, consilium expetenti, ita respondet: *quicquid igitur operatus fueris, dummodo fuerit bonum, & vox Christi, nihil dubites, placebit, & proficiet, sed pacis ac rarissimae, quia oves sunt rarissime in hac luporum regione.* *Ance omnia tamen Christi consilium & Voluntatem humili oratiuncula require, cui etiam bona non placent, quae sine iussu & voluntate ejus sunt, sicut dixit Esaias 30. ve filii desertores, ut faceretis consilium, & non per Spiritum meum. Ne ita sequatio tuam bonam & piam intentionem, (ut vulgaris religiosorum & sacerdotum passim, & pessimè errat) sed licentiam, imò iussum tuum, in hoc precipue, & in omni opere tuo require, nisi voles stipulam fieri opus tuum.*

VIII. De PEREGRINATIONIBUS IN LOCA ABDITA ET DESERTA RELIGIOSIS, in summo tum apud omnes collocatis pretio, quid statuerit, docent nos hæc ad G. Spenlein Anno 1516 perscripta, l. c. p. 12.b. *Infelix istius iustitia, que alios sibi comparatos veluti peiores sustinere non vult, & sugam, & desertum meditatur: qui patientia, & oratione, & exemplo presenteret prodeesse debuit: Hoc est talentum Domini abscondere, & conservis non tradere, quod debeatur. Igitur sies lilium, & rosa Christi, scito, quoniam inter spinas conversatio tue erit: tantum vide, ne per impatientiam Siemerarium judicium, vel occultam superbiam tu spina fias.* In medio inimicorum regnum Christi est, ut Psalmus dicit. *Tu ergo, quid singis medium amicorum? igitur quicquid tibi defuerit, coram Domino Iesu prostratus impetrabis. Ipse te docebit omnia: tantum inspice, quid ipse protegeret, & omnibus fecit, ut discas & tu, quid pro aliis facere debeas. Si ipse non nisi inter bonos vivere, & pro amicis mori voluisse, pro quibus, quesumus mortuus esset, aut cum quo unquam vixisset?*

IX. Solemne illud REFUGIUM AD INTERCESSIONES ET MERITA SANCTORUM, quam fuerit aversatus, colligi haud obscurè poterit, ex Disputationis superius citatae Conclus. 3. Coroll. 2. quod ita se habet: *cum credenti omnia sint auctore Christo possibilia, superstitiosum est humano arbitrio alii Sanctis alia depudare auxilia.*

X. Superstitiosum RELIQVIARUM CULTUM quam fastidierit, quamque allaboraverit, animis, doctrinæ vanitate imbutis, sanctiora longè consilia, certioraque suppeditare auxilia, ex datis ad Ge-

(6)
de Peregrinationibus in loca abdita et desertis,

(7)
de cultu Sanctorum,

(8)
de cultu reliquiarum org.

Org: Leiffer. Anno 1516, literis, l. c.p.13. b. manifestum est, ubi tentatum hunc in modum erigit: *Crux Christi divisa est per tocum mundum, unicuique sua porcio obvenit semper.* Tu ergo, ne abjicias eam: sed potius, ut sacrostantas reliquias suscipias, non in aureum vel argenteum ferculum: sed in aureum, i. e. mansuet a charitate imbrium cor. Si enim lignum crucis contactu carnis & sanguinis Christi ita consecratum est, ut reliquiae nobilissime habeantur: quam oī magis injuria, persecutioes passiones & odia hominum, sive justorum, sive injutorum sanctissime sunt reliquie: quæ non ratiō carnis ejus, sed amarissimè cordis sui, & Deificæ Voluntatis suæ charitate amplexæ, osculate, & benedicta, nimisque consecrata sunt. *Quia maledictio conversa est in benedictionem, & injuria in equitatem, & passio ingloriam, & crux in gaudium.*

(9)
de libero
arbitrio,

(10)
de
corrupto
Ecclæ
statu, ubi
etiam de
ejusdem
in causa
Reuchli-
niana ju-
dicio.

XI. Recepta Scholasticorum de LIBERO ARBITRIO, Viribusque humanis Doctrina, quām displicuerit Nostro, peculiari Disputatione, Anno 1516 Wittebergæ habita, cuius superius jam facta fuit mentio, docuit, quam cūm Joh: Lango mitteret, haec simul ad eundem perscripsit: *Exspecto valde, nimis, granditer, anxièque, quidpiam vos de istis paradoxis nostris starnatis. Verè enim vestris hac paradoxa, imò cacodoxa videris suspicor, quæ nobis non nisi orthodoxa esse possunt.*

XII. Miserabilem, sub quo Ecclesia Christi gemebat, statum occasione iniqui Colonensem de causa Reuchliniana judicii, ad Spalatinum Anno 1514 l.c.p.8. b. graphicè prorsus describit: *jam verò, inquiens, de hoc quid dicam, quod Beelzebub ejicere moluntur, & ejusdem non in dīgito Dei?* Hoc est, quod sapè plango, & doleo. *Quia nos Christiani incepimus foris sapere, & domi despere.* Centuplum pejores sunt blasphemie, per omnes plateas Jerusalēm, & omnia spirituallibus idolis plena. *Quæ cūm summo sint studio tollenda, tanquam in- testini hostes, nostramen relictis omnibus illa, quæ nos maxime urgent, ad exterā & peregrinas causas convertimur, svadente scilicet Diabolo, ut nostra deseramus, & aliena non emendemus.* Potestne obsecrò isto zelo aliquid stultius & imprudenter cogitari? itane non habent infelices Colonenses in Ecclesia feras & turbulentissimas causas, ubi exerceant Scientiam, zelum, charitatem suam, ut necesse sit eos tam remoris à nobis menibus illas exquirere? Sed quid facio? plenum est cor meum ha-

rum

rum cogitationum magis, quam lingua dicere possit. Et sanè, ut obiter quoque hoc notemus, quod in certamine illo Reuchliniano a partibus Joh: Reuchlini masculè semper steterit Lutherus, eundemque contra adversarios, barbariei Patronos, pro virili semper defenderit, prouti tum ex adducta, tum ex aliis ipsius patet epistolis, veritatis omnino testimoniis annumerari debet, cùm Reuchlinus ille excitatio Hebraicis & Græcis litteris, adversus rabiosam Monachorum pertinaciam, & Iudeorum quorundam perfidiam, januam aperire eleganteribus & prioribus studiis visus sit, adeò, ut ab hoc quasi aurora eruditionis illuc esceperit, undè potius à luce Phosphorus, quam à fumo Capnio descendus, (ut Magni verba habent Morhofi, Polyhist: L. I. p. 225.) hanc ratione viam, divinâ sic disponente Providentiâ, secuturæ, tot bonorum votis expeditæ Reformationi suo modo straverit: conf. inferiùs n. XIV. Sed ut ad priora revertamur, Cleri Romani vitia quam accuratè viderit Noster, scripta ad Spalatinum Anno 1516 epistola docere nos potest, in qua p. 17. l. c. a. non sunt ait, bæc tempora ejus felicitatis, ut beatum, imo non miserrimum sit, præfulari, i.e. pergracari, Sodomitari, Romanari: quod ipse satis intelligit, si opera & studia Episcoporum antiquorum studia & operibus nostræ erat Pontificum contulerit, Inter quos nunc sunt optimi: qui bella forensia totius machinarum omnium viribus gerunt, & rem familiarem, i.e. avaritiae infernum insaturabilem edificant.

XIII. Usitatam tum CONCIONANDI METHODUM, quam suos ad populum sermones fabulis, è Vitis, Legendis que S. S. depromptis replere consueverant plurimi, quam mature rejicerit Lutherus, cumque seniori permutaverit, ex *ἀὐτοῖς οὐδὲ φωνῇ* ejusdem epistola ante suscepturn Reformationis negotium, ut totus probat contextus, ad Spalatinum scripta, quam exhibet Cl Hottingerus, Hist: Eccl: Sec: XVI, P: II p. 756, de recep-
ptatione concio-
nandi methodo
(II)
apparet, ubi sic ad intimum suum: *Et Charitatis, & fidei officium abs te peto, — i.e. ut vel epistolarum divi Hieronymi ad horam mibi copiam facias. vel certe, quanto potes breviter ex libello illustrium Virorum, (quod magis cupio) mihi exscribas ea, quæ ipse Santos de S. Bartholomeo Apostolo scripsi: ita ut ante horam duodecim man habeam: Facturus enim ad populum sermonem nugis illis & mendaciis Catalogi & Legende miro modo offensus sum.*

(12)
de Lecti-
one Pa-
trum so-
bria.

XIV. Sedulam qvippe accuratamqve PATRUM Ecclesiæ ve-
teris, hosqve inter Augustini præprimis LECITIONEM, Biblico sic
junxisse studio Lutherum, ut Doctrina non minùs, qvàm Ordinis re-
spectu *Augustinianus* dici meruerit, hincqve non parùm in agnità ex
verbo DEI Veritate confirmatus fuerit, non uno ex temporum istorum
monumentis probari potest argumento, ipsâqve jamjam adductâ Epi-
stola, dum eam sic concludit: *nolo, ut mireris, quod Theologus sim,*
& Hieronymo vacuus sum. Editionem enim, quâ communiter ute-
bar, Job, Langus secum absulit. Qvibus addi poterit locus N. III.
ex p. 23. à nobis adductus, ut & seqvens ex epistolâ, ad Langum data,
depromptus, p. 34. l. c. a. undè simul, qvid de Erasmi, qvam ipse de
libero hominis in spiritualibus arbitrio fovebat, sententiâ senserit, vi-
derè est, (conf. superius N. XI) sic autem ibi: *Erasmus nostrum*
lego, & indies dcrescit mibi animus erga eum: plaret quidem, quod
*tam religiosos, qvàm Sacerdotes, non minùs constanter, qvàm er-
ditè a guic. & damnat inveteratæ bujus & veternojæ inscitiae: sed*
cimeat, ne Christum & Gratiam DEI non satis promoveat, in quâ
multo est, qvàm Stapulensis ignorantiior: humana prævalent in eo
plus, qvàm divina. Qvanqvam invitus eum iudicio, faciam tamen,
ut te premoneam, nō omnia legas, imò accipias sine iudicio. Tempo-
ra enim sunt periculosa hodiè, & video quod non idè quisquam sit
Christianus verè sapiens, quia Graecus sit, & Hebreus: quando & B.
Hieronymus quindz linguis monglossen Augustinum non adeqvârit,
licet Erasmo aliter sit longe visum. Sed aliud est iudicium ejus, qvì
arbiterio hominis non nihil tribuit, aliud ejus, qui præter Gratiam nihil
novit. Ubi tamen de iis, qvæ in laudem Erasmi, ceu ingeniosi, non
minùs, qvàm rigidi Cleri Romani Censoris dicuntur, idem esto iudi-
cium, quod de Reuchlino, conf. N. XII.

Testimo-
nia ad-
ducta, et si
sufficien-
ter pro-
bent id,
quod pro-
bare de-
bent,
nullum.

XV. Et hæc ad fidei Syfema, strenui Catholicæ Veritatis sub
ipso Papatu Confessoris, Lutheri, maximâ sui parte *Lutheranum*, i. e.
Orthodoxum, & Anti-Pontificium, ante ipsum *Lutheranismum*, seu
coepitam Reformationem editum primis qvâsi lineis depingendum suf-
ficiant. Possemus plura ad hujus illustrationem Materiæ proferre testi-
monia, nisi, qvæ prolata jam sunt, abundè, qvod probandum erat,
adstruere viderentur; & qvæ non proferre licet? si omnia de primi-
tis

tiis illis Lutheri nostri monumenta, qvorum copiam fuisse haud exiguam ex epist: ad Langum l. c. p. 28. b. colligi potest,) in hunc usque diem superessent, aut qvæ forsan supersunt adhuc, ab iis, in qvorum latitant Bibliothecis, cum orbe eruditio communicarentur. Nec ullum credo esse dubium, illustria planè hujus rei testimonia, (ut nihil nunc *esse longe* dicam de plurimis, qvæ ad illustrandam temporum illorum Historiam *plura*.
 ex eodem fonte hauriri possent, adminiculis,) reperiri in Bibliis antiquis Latinis, quotidianio Lutheri usui, à primis ut videtur, studii Bibliœ annis, ad extreum ferè vitæ diem usque, consecratis, plurimisqve varii generis Annotationibus, propriâ Beatissimi interjectis manu, illustratis, qvæ in Holmiensi POTENTISSIMI SVECLÆ REGIS Bibliothecâ, in qvâ affervantur, benevolo Superiorum indultu inspicere mihi, cùm illic locorum degerem, contigit. Cùm interim præter nonnulla alia exiguo illo Epistolarum Lutheri, Aurifabri, (qui ipse, qvam multa de primis Megalandri Scriptis, vel temporum injuriâ, vel ipsâ hominum incuriâ interciderint, non sine gemitu indicat in Epist: nuncupatoria T I. præmissa, & in ipsis epistolis T. I. not. marg: ad fol: 28. b.) studio publicatarum apparatu contenti ferè jubeamur esse, testimoniis etiam illis, ex hoc potissimum volumine, non ubivis etiam obvio, verbotenū adductis, paucis eqvidem, qvæ tamen id, qvod probandum sumpsimus, evincere poterunt, Lectorem benevolum contentum fore speramus.

XVI. Cæterum, ut vi promissi de usu adductorum qvoqve rectius constet testimoniorum, operæ pretium erit paulò penitus eundem indagare. Poterit autem quadruplex potissimum assignari. Primus erit, ut inexhaustam divinæ Sapientiam & Bonitatem Providentiae submissâ, qvâ par est, rimemur, miremurqve observantia, qvæ cùm Lutherum nostrum ad perficiendum stupendum illud Reformationis opus ordinaverit, mature eundem præparare qvâsi ad illud dignata fuit, donec tandem acceptis cælitüs viribus, aptus evaderet ipse, qui labores, captum, viresqve hominis superantes, inchoaret, feliciterqve consummaret. Cujus rei qvædam qvâsi præludia in Scriptis nobis ipsius superesse summi Clementia Numinis voluit, ut ad persolvendas totto pectore gratias novo qvâsi stimulo incitaremur.

XVII. Secundus insignium Catholicæ Veritatis Confessionum

*Uſus ſe-
ſtimoni-
orū
quadruplex:
Prī-
mūs, DiVi-
na conſi-
deratio
Provi-
dentia*

*Uſus ſe-
cundus:
duplicitis*

papistice Reformacionis Lutherae Veritatem **S**ufus est, ut duplici ex cerebro Pontificiorum, ad palliandos horrendos tot, & indulgentiarios imprimis, qui depravaverant omnia superiori seculo, abusus, & profanandam obscurandamq; Reformationis, ministerio Lutheri institutæ, & Sanctitatem & Veritatem Historicam, excoigitato figmento obviam feliciter eamus.

sancita- tem de frumentis refutatio Ubi (N) fabula prior de Luthe ri, Augu stiniani in Domini nicanos odio ob concessi Dominici canis p̄ Augustini nianis in indulgenti arum promul gationē concepto, seu pri mo Refer mationis incita mento ex ponitur ex mente. **S**cilicet (1) Adversariorum pleriq; ut, quantum in ipsis est, luci clarissime tenebras, à Principe tenebrarum ipsimet antē excœcati, offundant, Tetzeliū, nundinationesque indulgentiaris, Lutherum ut Monachum Augustinianum, ob promulgandarum munus indulgentiarum Augustinianis, (qui perfuncti eodem longo iam fuisse credebantur vulgo tempore) ereptum, Dominicanis verò dem andatum, urgente imprimis Generali per Germaniam Ordinis Augustiniani Vicario Staupitio adeoq; non nisi ex odio & invidiā impugnasse, audacter finiunt. Ipsum audiamus Bellarminum L. IV de not Eccl. C. XIII. p. 346. scribentem: *iniūm primum omnium heresum bujus temporis constat fuisse invidē iam. S* ambitionem Lutheri, agrè ferentia munus pro nūgandarum indugenia um à sui ordinis Monachis ad Monachos ordinis Predicatorum translatum fuisse, ut scribit Job. *Chlaeus in Actis Lutheri Anno M. D. XVII.* Qvæ more suo prodigiosus sic exaggerat Petrus Röstius Pseudo. Jubilæi p. 65. C. IX, probaturus inde non Spiritus S. ope, sed Diaboli caput Lutheranismum: quā inquit, *tempestate roti terrarum orbi Leo. X. concessit indulgentias, eas Germaniae promulgandas commendavit Alberio Brandenburgico, Archi-Epis. opo, & Electori Moguntino, hic Dominicanis Patribus, atq; in his Tetzeliō, singulare i prudenter, & eruditione Viro, eas commisit, prateritis Augustinianis, in er quos Lutherus degebatur, tunc Monachis, qui istud suis cum quibusdam Fratribus, item Monachis, animo inie quissimo iuit, & impunitis Job. Scavellius, familiā nobis, Ordinis Augustiniani per Germanam vicarius Generalis, Homo vario & aīu insignis, id omnium minime sustinere posuit. Qvæ eadem repetit, p. 133. concludens Lutherum, seu Angelorum Apostolicorum Principem, ob superbiam si ut fulgor de cælo in terrarum esse d' lapsum;*

(1) Bellarmini. (2) Röstii (3) Variorum addatur p. 147 Iisdem insistunt vestigiis Surius ad An: 1517. Lindanus in Dubitatio, Dial I. C. VI. Præteulus in elencho hæresium L. XC. XV. p. 271. Hosius in confutatione Prologomen. Brentius L. I. sub init. Corne-

Cornelius à Lapide in I. Pet. II. p. 397. Petrus Cutsemius in *Saxonia Catholica*. p. II. Spondanus ad An: 1517. n. 15. Carolus Carafa in *Comment. de Germania Sacra restaurata* p. 10. II. Thomas Stapletonus T. II. Opp. Orat. Academ. 20. p. 616. Josephus Mansus in *Bibl. Moral.* T. II. Tr: 38. Disc. 6. n. 4. & alii à B. Gerhardo *Conf. Cath.* L. I. P. I.C. 7-p.m. 162. Franckio *Disqu. de Pap. Indic:* & Sinnichio *Goliathbumo* (4.)
prostigato, adducti. Hucque intendit digitum haud obscurè Maimburgius ipse *Hist. Lutheranismi* L.I. Sect. VII. à Cochlaeo suo, pri-
Maimburgie
git.
mario hujus mendacii promulgatore, seductus, scribens: *interim*
Job: Stanpitius, Vicarius Augustinianorum in Germania Generalis,
ansam hinc(ex promulgatione puta indulgentiarum per Dominicanos fa-
(5)
ctea) sumpfit, ut palam istis, qui ministerio suo manifestè abutebantur,
& quos alioquin parùm amabat, contradiceret — sive igitur Vicar-
iarius iste egrè ferret, & pro injuria reputaret, quod Dominicani in in-
dulgentiis prædicandis præferrentur ordini suo, qui antea illo manere
in Saxonia fungi solitus erat; sive verè commoveretur corruptelis, que
palam in publicatione indulgentiarum apparebant, querelas suas ad
Principem detulit, & omnibus viribus resistere Dominicanis deeravit.
Quoniam autem adjutoribus contra adversarios tam potentes & for-
midabiles opus se habere iudicabat, ex toto religiosorum suorum, &
doctorum etiam ceteri uti constituit viro, qui sine contradictione ma-
ximè tunc existimatione in Universitate Wittebergensi florebat, celebri
nempe Martino Lutherò. Et l.c. Sect.X, ubi ita, His igitur (Lutherus)
erat in vigore tunc etatis triginta quatuor annorum magnâq; Witte-
berge estimatione constitutus, quem Vicarius Augustinianorum Ge-
neralis in Dominicanos immisit, qui Anno 1517. indulgentias Leonis
Pape in Saxonia prædicabant. Lutherus glorie cupidus, occasionem
enclarescendi lubentissimè arripuit. Nec prætereundus tandem, qui
antiqvam hanc fabulam ad ductum Pallavicini vere Concilii Tridenti-
ni Historie L.I.C.4.p.6. & 10.nuperrimè item renovavit. Natalis Ale-
Pallavicini
xander in Selectis Historiæ Ecclesiastice Capitibus, & in loca ejusdem nis-
insignibus Diff. Hist. Chronol. Crit. Dogm. Sec XV. & XVI P.I. Art. 10. §. 1. (6)
p. 433. scribens: Accidit interea, ut Leo X. P.M. novas indulgentias pro
Natalie
funderet, ac per orbem prædicari curaret, occasione fabricæ templi Alessandro
Alessandro
S. Petri Rome, quam Julius II. inceperas. Archiepiscopo Moguntino

C

G

O Magdeburgensi S.R.E. Cardinali, Alberto, Marchioni Brandenburgeni, promulgandarum in Germania indulgentiarum provincia demandata est. Is Septemvir delegatus munus id commisit J. Tezelio, Ordini F.F. Prædicatorum, Professori Doctissimo, quæstori fidei, servido conionatori, qui paulò ante similem delegationem pro Teutonicis Equitibus administraverat. Id Augustinianorum commovit invidiam, quibus Vicarius Generalis nomine præterat in Germania Staupitus, apud Saxoniæ Ducem Fridericum perquam gratus. Eo favente Ordinis Eremitani Moderatore Lutherus contra indulgentias declarare cœpit ac debachari, Conf. p. 435. ubi petulaniam, superbiam & ambitionem Luthero inde tribuit.

(2)

Fabula po-**sterior de re-****pulta adigni-****tateCardina-****litia, quam****passus erat****Lutheri,****ceu tano & Sleidano excerpta, & Lut:****Paris Gall. idiom,****ante annos circiter****edii in Ecclesi-****80. (scribebat hec anno 1667. Sinnichus)****excusa;****repulsa****nimirum à****Romanam****causa refer-****que conjungendo fabulam illud Augustini L. de utilitate credendi C.I.****hereticum alius temporalis commodi, & gloriae, principatusq; sui****gratia falsas novasq; opiniones protrudere afferentis, ad Megalandrum****memoratus applicat Sinnichius.****Easdem fabulas verbis qvoq; prorsus iis-****dem profert in Jubilao suo Qvintevangelico, opposito Noribergens,****in Reformationis memoriam A. 1617. celebrato jubilao, Andr. Fornerus p. 19.****conf etiam p. 78. Videturq; fluctuare hinc Nicolaus Wilsonus in præfati-****one concioni Joh. Fischerii, Roffensis in Angliâ Episcopi,****cum scripta****Lutheri publicè ibi essent comburenda, habitæ, præmissa, p. 1373. Opp.****Fischerii, scribens:****Seu humanae gloriae, seu vindictæ in communem****Patrem nostrum Papam, & suos, seu utriusq; quod vero proprius****videri potest, cupido primum in hoc instimularit, (Lutherum) ceu aliud****qvippiam, in medio relinquo.****Nec fallimur forsitan, si omnes illos, qui****edii in Curiam Romanam, ambitionis, & vanæ cupiditatis gloriae cri-****mine****(1.)****Talapied.****(2.)****Sinnichii.****(3.)****Forneri.****(4.)****Variorū, q;****digitum buc****forsitan inten-****derunt**

mine Reformatorem innocentissimum gravant, ad vetus illud, àqve Sittichio, & Fornero renovatum respicere figmentum existimemus, id quod tamen clarioribus eloqui verbis pudor ipse vetuit.

XX. Verū enim verò ut scopo in controversiā hāc totā excidere suo Pontificios nunc non dicamus, cùm, etiamsi, Lutherum vel invidiā vel ambitione &c. ad taxandos Romanæ Ecclesiæ abusus fuisse impulsu, probare firmiter satis possent, nondum tamen sic, uti perversam Lutheri intentionem, ita ipsam etiam per Lutherum institutam Reformationem culpandam penitus, rejiciendamque esse, qvemadmodum evincere kinc intendunt, probaverint, siqvadem & pessima hominum instituta ad optimum dirigere finem Divinæ Dextra novit Omnipotentiæ; solā invidiæ, ambitionis & superbiæ imputatione, qvantā etiam hāc fiat cum audaciā, nondum deterremur, memores illorum, qvæ ad depellendam crimitum horum infamiam in ipso hoc negotio epistola ad Joh. Langum L.I. Epist. p. 41. b. protulit qvondam Lutherus:

Quis ignorat, inquietus, quin sine superbia aut saltem sine specie superbii, & contentiōnis suspicione possit quicquam novi produci? Finge enim ipsam humilitatem nova conari, statim superbii vicio subjicietur ab iis, qui aliter sapiunt. Cur enim Christus, & omnes Martyres occisi sunt? cur Doctores passi invidiam? nisi scilicet, quia superbii, & contemptores veteri & inclite Sapientiae seu Prudentiae visi sunt: aut quod talia nova sine consilio illorum prouiderint, qui vetera sapienti. Ista ambitionis & claritatem nominis affectantis animi argumenta esse, quis nisi iniquissimus credat? Absque ullā interim vel specie veri criminum notam hīc inuri Lutheru & ipſi, dum multa dicunt nihil verò probant, Adversarii, & veritatis sole clarior evidētia nos docebit.

XXI. Ad primum enim, de Augustinianorum in Dominicos odio, ob promulgandarum munus indulgentiarum, præter morem, qui invaluisse haec tenus credebatur, Augustinianis eruptum, Dominicanis verò demandatum, concepto, figmentum quod attinet, falsitatē ejus palpabilem vel inde conspicimus, quod, quicquid de istorum origine certaminum dicitur, sine omni dicatur fundamento, censoribus ipsi simet adversariis, siqvadem recepti qvondam moris fuisse, indulgentiarum per Saxoniam præconium Augustinianis concedere præ Dominicanis,

C 2

(2) Refutatur fabula ultraque
In genere
(a) offendendo scopo in tota controversia
hac suo excide re Pontificios,
etsi vera esset utriusque criminis impunitatio.

(3) Verbis Lutheri ipsius.

(2) In specie de monstrando absurditatem figmenti utriusque.
(a) ex argumentis hisericis.

unde omnem odii fontem plerique fabulae promachi vulgo derivant, multis etiam argumentis contra Sarpium, L. l. Hist. Conc. Trid. p. 5., diverso tamen à reliquis Papæ mancipiis scopo, afferentem: *in valuerat in Saxoniam conservudo, quoties Pontifices eò mitterent indulgentias, earum diu'gandarum curam fratibus Ordinis Eremitanorum demandare*, negant Pallavicinus, l. c. p. 6. & Natalis Alexander l. c, qui ex mente Pallavicini p. 146. expresse scribit: *calumniatur Savavis, cùm indulgentiarum promulgationem fuisse demandatam ait Dominicus, non Eremitis, s. Augustinianis, ut mos erat.* — Falsum imprimis est, quod Augustinianis hoc munus injungi consueisset, id enim Julianus II. Minoribus imposuerat, &c. Quod etiam confirmari posse videsur ex D. Andr. Molleris Chronico Fribergensi P. II. p. 143, (cujus in Augusto Opere Seckendorffiano L. I. p. 13. a. fit mentio,) quando eundem famosum Dominicanum Tetzeli Anno jam 1507 primâ vice Fribergam venisse, & in eisdem duo florenorum millia indulgentiarum causas in urbe lucratum fuisse, narratur; ad minimum certe decennio jam ante disputationem Lutheri ansam habuisse suas instituendi querelas Augustinianos, eo probabitur, si Dominicanis Nundinationem hanc invidere vel voluissent vel potuissent indeq; per Lutherum post eam impugnassent; neque intermissuri fuissent, ut principiis obstant, suas iudicem querelas, si modò justa conquerendi causa ipsis suppetiisset.

XXII. Alteram verò, de Lutheri in Curiam Romanam, obrepulsam à dignitate Cardinalitia, concepto odio, quod concernit fabulam, nullitatem ejus evidenter facile perspiciet, qui modò noverit, Lutherum tam abjectæ conditionis habitum esse monachum, ut etiam ob personæ vilitatem, de reformationis successu cum Crantzio desperaverint plurimi; fastigium verò Cardinalitum in eo tum fuisse pretio, ut cum XXXI. Purpuratos, (quos Cardinales, nescio, a quibus avariæ vocante cardinibus ut cum Pelargo, mox adducendo, loquar) ad promulgandas per eos indulgentias creasset Leo X. iidem præter amplissimam meritorum in Curiam Romanam, quibus jam tum eminebant, pollicitationem, ex pacto, quinquaginta aureorum millia, referente Paulo Langio apud Pelargum in *Plejade Orationum S. S. Orat. I.*, solvere Pontifici, cùm his mactari honoribus desiderarent, fuerint coacti; quod cùm fieret, ut obiter id notemus, tantà tempestatis vehementi concutiebatur Roma, ut

ut fulminis impetus & ipsum, in quo sacra adhuc peragebantur, feriret templum, sic, ut sculptus puerulus Salvatoris Infantiam representans, è gremio effictæ Mariæ, clavesq; manibus statuæ Petrum adumbrantis, non sine summo Leonis, novorumq; Cardinalium horrore, exciderent, teste Joh. Frommio, Orat; de Lutherô Wittebergæ Anno 1657 d. 11. Nov. habitâ.

XXIII. Sed quid opus est vagari extra oleas, & ad refutandos Pontificios varia sollicitè conquerere argumenta, cùm sufficere nobis possit, si nostri solum memores promissi, quâ ratione, ex adductis Lutheri primitiis, utraque refelli possit fabula, ostenderimus. Sanè si ex memoratis Veritatis confessionibus, à Lutherô, sub Papatu adhuc vivente, editis, certum est, (quemadmodum certissimum esse vidimus,) ante immodicas illas indulgentiarum, promotore Tetzeli institutas, prædicationes, omni studio Lutherum assidue S. S literarum, antiquorumque Ecclesiæ Patrum lectioni incubuisse, indeque in quâ plurimis fidei capitibus Evangelicam hauiisse Veritatem, imò abusus, qui in Romanam irrepererant Ecclesiam, non vidisse solum, sed & acriter satis, tum privatim, tum publicè, in institutâ quoque Disputatione solenni impugnasse, & corripuisse, studiis præterea Linguarum, aliisque tunc rioribus, totum se dedisse, ac causam horum, qui pulsâ barbarie, introductâque literaturâ elegantiori, ad instituendam præparare animos reformationem conabantur, pro virili defendisse; manifestum quoque est, ad promovendum desiderata tot votis negotium Reformationis, proclivi admodum fuisse animo semper eundem, qui non ex invidiâ in Dominicanos, nec ob denegatam, quam nunquam ambierat Purpuram, sed injustis solum indulgentiarum promulgationibus ad justam concitatus iram tandem prodidit in publicum, solennique horrendorum reprehensione abusuum salutare reformationis opus opportuno prorsus tempore Duce DEO est auspicatus.

XXIV. Cui nostro arguento duplex addunt robur ipsimet aduersarii; alterum hi, qui Lutherum, dum sub jugo Papatus adhuc vivebat, de novis (sic enim antiquam veritatem vocant) cogitasse dogmatibus, receptis Curia Romanae hypothesisibus adversis, virulento quidem animo asserunt, Catholice tamen in tenebris Papalibus Fidei confessorem eum, vel inviti & insciis, hoc ipso faciunt; alterum illi, qui ipsos, sub quibus gemebat Ecclesia, abusus, interque eos indulgentiarias in specie impudentissimi Tetzeli nundinationes Lutherum, ut bo-

(B) eas ad
ductis Lutheri
primitiis.

(V) Ex
duplici Ad-
versariorum
confessione
veritatis.

nos quoscumque alios, offendisse, inque Theatrum quasi protrusisse, concedunt non sine laudabili candore, hacque ratione Lutherum ipsum ab imputata culpâ absolvere, eamque Tetzelio cum Sodalibus quam ju-
stissime adscribere vel ipsa impellente veritate coguntur.

*Prima effec-
tum: qui Lu-
therum sub
ipso Papatu
dogmatum.
Papalium o-
ficerem fuisse
asserunt, quod
faciunt (1)
Lindanus &
Prateolus.*

XXV. Ad prius quod spectat, tria nobis celeberrimorum inter suos Pontificiorum testimonia sufficient. Primum Lindani, quod totum exhibet cum omnibus, quibus scatet erroribus Historicis, cui- libet, vel modicè harum rerum gnaro, obviis, consensuque suo confirmat Prateolus *Elenco Hæresium* p. 271, hunc in modum. *Martinus Luthe-
rus, Islebiensis Saxo, post Juru studium, ubi fuisset jēu fulminis in agro
prostratus, Augustini regulam annos jam 10. professus, recens Romā
ante biennium reversus, Doctorque S. Theologie Erfordia creatus,
magnus sane in Catholicâ Chriſti Ecclesia per Saxoniam dedit turbas. No-
vas enim, variasque per illud tempus quaſiones non tam ingenii confi-
deniâ, quam contentionis studio, rixandique libidine jam annos ali-
quot in Aristotele, & illius etatis Sophis maiibus haud infeliciter exer-
citarū, spargere aggrediebatur, non ſolum Wittenbergæ, ubi ſuam The-
ologiam profitebatur, sed Heidelbergam quoque accersitus ibat, vaniſſi-
mum g'orie q'æribundæ mancipium, Disputatuiens, atque themata
valvis figens de libero arbitrio, de operum meritis, de indulgentiis, de
penitentiâ, de justificatione, ac de illo imprimis articulo Symboli: cre-
do remissionem peccatorum. Posthac Leonto indulgentias impugnat,
eò promtior, quia mens jam ab alienata fuit. Hæc Lindanus & cum eo
Prateolus summa quidem imis miscentes, nostram tamen theſin præſen-
tem abundè confirmantes.*

*(2.) Stapleton-
nus.*

XXVI. Lindano jungimus Stapletonum, Lutherum, ut fidei Lu-
theranæ sub Papatu confessorem, sic describentem: T. II Opp. Ot. acad.
20. p. 616, cum (Lutherus), in Carboica adhuc existens Ecclesia scrupu-
losus monachus effet, & (ut deſe ipſo ſcribit) conſientia inquietiſſime,
ideoq' Senior quidam Monachus Auguſtinienſis, ut ejus animum, ni-
miā irrepidaſione dejectum, ad meliorē ſpem erigeret, ad alterum ta-
men extreum imprudenter deſteſtens, conſtanter cum bortaretur, non
ſolum credere remiſſionem peccatorum in genere datam, juxta Symboli
tenorem, ſed etiam firmiſſime credere, ſibi eſſe remiſſa peccata, & hunc
eſſe illius Articuli ſenſum, ille b'c exhortatione non tam furſum, quam
deorū ſum precipitatus, planèque ex timido inflatus, ex pusillanimi pre-
sum-

sumptuosus, ex meticuloſo audax factus, hoc Senoru verbo, quasi oraculo, (sed Dæmonis, non DEI) accepero, statim monſtra illa, & portenta opinionum de libertate Christiana, de ſolâ fidei justificante, de ſpeciali iſta certitudine Gratia, de imputativa iustitia, aliaque conſimilia, Eccleſia Christiana dogmata hactenus inaudita, parcurivit bellua, animoque fabricare caput.

XXVII. Omnium autem illuſtrissimum de Lutheru, Veritatis ^{b.3} Grec-Evangelicæ teste, ſuppediat testimonium Gretferus, Exereit: Theolog. ſerua, aduersus Hereticos p. 109. in Comment. in Oraſ. Hunnianam ſcribens: Porro Lutherum quoque Hereticum fururum non adeò arduum erat diuinare ſive Melleratio, ſive cuiunque alteri, perſpicacioris ing ni homini. Ut enim olim S. Gregorius Nazianenus de Juliano Apoſtata, qualis, & quampeſilens fururus eſſet, argumentum cepit ex vita & moribus, & tota corporis conformatioне, ita ex Lutheri ſtudiis, dictis, & factis nullo negotio quivis colligere poterat, quorū ſum faſtuosus ille, & arrogantiſſimus Spiritus evaſurus eſſet. Utinam plures epiftolæ exſtant ex illis, quas Lutherus ante annum MDXVII. ſcripsit, repreſentant enim nobis tanquam viva imagines peccati illud Lutheri, jam tum variarum ſectarum ſeminarium; ſicut & illæ paucula, quæ ſuperant, ſatis ſuperque Lutherum nobis depingunt, in quarum una ad Spalatum, quæ diſſuadet, ne Staupitius creetur Epifcopus, bæc evomuit: non ſunt bæc tempora &c. vid: ſupra testimonium, ad quod respicit Gretferus, n. 12. p. 13. nobis adductum. Conferri etiam potest, qui digitum huic intendit, Theophilus Raynaudus in Tract. de Apoſtasia à religioſis Ordinib⁹, p. 109.

XXIX. Quod attinet ad posterius, Pontificiorum de abuſi- bus Romanæ Eccleſiae testimonia, quibus defenditur Lutherus, diſpeli- ci poterunt in ea, quæ corruptelis variis reformationis occaſionem tri- buant in genere, & ea, quæ nundinationibus in ſpecie indulgentiariiſ eandem adſcribunt.

XXIX. Generalia ut præmittamus, iſpum audiamus Bellar- minum, audiantq; nobifcum eum Bellarminis omnes, ſeu Papistæ (ſuo enim tempore in Gallia & Anglia eundem habitum fuiffe Bellarmini- ſam, cum Papista, quemadmodum antiquitus pro eodem ponebarur Athanasi Confefſio, & Fidei Catholice Profefſio, Petrus refert Cotto.

Secunda Ve-
ritatis con-
feſſio eft ex
Pontificiis eo-
rum, qui abu-
ſus Curia Rō.
Reformatio-
ni prebuſſe
occationem,
concedunt,
quorum beſti-
monia ſunt
vel generales
vel ſpeciales
nus q̄ verete.

Proferuntur
generales
q̄erele de p. 239. Dom: Letare sic ingemiscerent: *Annis aliquot, antequam Lubrūbus Cu-
lberana & Calviniana Hæresis oriretur, nulla ferme erat, ut ii testan-
tia R. t̄ tur, qui etiam tunc vivebant, nulla, inquam, prop̄ erat in judicis
Bellarmini. Ecclesiastica severitas, nulla in moribus Disciplina, nulla in S.S. lite-
rīe uditio, nulla in rebus divinis reverentia, nulla propemodum erat
religio. Eximus ille Cleri, & S.S. Ordinis decor perierat, viliissimo cui-
que Indubio erant Sacerdozes, à populo contemnebantur, despicieban-
tur, gravi diuturnaque laborabanti infamia. Et undenam hæc omnia
nonne ex eo, quod Pastores ordine præpostero non præcipue Gloriantur
Christi, & ovium suarum salutem, sed panes & pisces, hoc est redditus
potissimum & proventus in Ecclesiastici muneribus querebant?*

(2.)
Serarii
jubar Ecclesia Germanica (judice Baronio T. XII. Annal:) in Comment:
ad L. Judub. C. VII. p. 194 ingenuè scribentem: *Peccavimus cum Pa-
tribus nostris! Sanè nisi fuisset in Lutheri exortu Clericorum Discipli-
na solūtor, Doctorum vel rari:as vel segnities major, omnium vita
corruptior, nunquam malorum tantum nostra etas sensisset. Quibus
addi possunt querela Jes. Henrici Marcellii, sapient. pacif. disqu. I. art. V.
Prop VI, Valeriani M. sub initium iudicii defensi de regula credendi
Acatheïcorum, Seren. Hassia Landgravii Ernesti in sincero & discreto
Catholicismo L. II. C IV. Sect. III., ipsiusque Papa Hadriani VI. in instru-
ctione, euati ad Comitia Anni 1622 Norimbergensia Legato Cheregato
data, patentis: eum fuisse Ecclesiae, Curiaque Romanae statum, ut uni-
versus mundu illius Reformationem avidius desiderarit, agnoscentis-
quæ: *omne hoc malum, (de quo tantoperè orbis tunc querebatur) à curia
Romana processisse, & inde corruptionem in omnes inferiores eman-
uisse, quas exhibet verbotenus Magnificus & summè Venerabilis D. D.
Kortholtus, Patronus, Preceptor & in J. C. Paren's pietate filiali etatem De-
venerandus in Dissert: de Schismate super Sec. Protestantes inter & Pon-
tificios enato p. 14 seqv.**

Subjiciuntur
Specialesnum
**indulgentiarum Repre-
hensionis**
indulgentia-
reprehend-
superius N. 18. objectionis suæ responsonem afferens: notasse Lubrumer-
corem

XXXI. Quid ad Speciales Abusuum indulgentiarum Reprehen-
siones attinet, è Confessorum hic veritatis numero ipse rursus non ex-
cludendus est Bellarminus L II. de Indulgentia, C. I p. 2086. in adductæ
superius N. 18. objectionis suæ responsonem afferens: notasse Lubrumer-

vorem illorum, qui usq; adeò indulgentiis confidebant, ut securos sede fionis
salute eterna esse arbitrarentur, si nummum argenteum in arcam ⁽¹⁾ Bellarmini
juxta prescriptum indulgentiae conjectissent, — Sit a progressum à
reprobensione abusum ad reprobensionem indulgentiarum; ut &c. l. c.
p. 2131. (ubicontra Chemnitium disputat) scribens: ignorare non po-
test (Chemnitius) abusum quæstuariorum, quibus utcunq; accommodari
possent verba S. Petri (Act. II. 20. pecunia tua tecum sit in perditionem,
quod donum DEI exquisimasti pecuniam parari,) ut ea Cajetanus accom-
modat, Romanis Pontificibus adeò semper displicuisse, ut eos publicis con-
stitutionibus damnaverint & prohibuerint. Quæ eadem repetit l.c.p.
2161. Addatur etiam p. 2066. in quâ laudandum meritò Clemenciam
II. P.M. afferit, quod decretum Concilii Lateranensis sub Innocen-
tio III. de moderandis indiscretis indulgentiis, & Decretum Concilii
Tridentini Sess. 25. de revocandis indulgentiis ad veterem & probatam
Ecclesiæ consuetudinem executioni mandare studet, subiectiis; veteres
enim parciissimos fuisse in indulgentiis conferendis, notissimum est.

XXXII. Ubi tamen quam firma parùm sint, quæ in Romanorum Ponti-
ficium excusationem affert Bellarminus, provocans ad Constitutiones Sarpii
ipsorum, quibus quæstuariorum damnaverint abusum, quamque in Leo-
nem imprimis X. non quadrent ea, ex ipsâ Petri Svavis Polani, (seu
F. Pauli Sarpii Veneti) Historia Concil. Trid: (ad cuius veritatem de
throno deturbandam, Cardinalis Sfortia Pallavicinus suam Concilii Trid.
Historiam conscripsit equidem, sed eo cum successu, ut ex ipsâ Schola
Romanâ Doctissimi Galli in Ephemeridibus suis Eruditorum T. I. Ephem:
XII. p. 118: ingenuè scribant: periculum est, ne quis hujus (Petri Svavis)
Historiam, ut potè egregiè conscriptam, preferat Pallavicini Historię,
que forsan verior, non autem verisimilior) audiemus, sic autem inter
alia is: p. 4. Hoc rerum statu Leo — Magnificentiam suam sumptibus im-
modiciis ac profusiis in cognatos, aulicos, & literarum Professores
largitionibus, eo usque ostentabat, quoad desecratio ceteris omnibus,
quibus undecunque congregatis, Curia Romana solet irrigari, diviti-
arum rivulis, ad fontem indulgentiarum tandem itum est. Et paulò
post: Et quamvis in Leonis Diplomate exsequendo non nihil intervenie-
rit parùm pium & honestum, (nobis mox dicendum) unde offensionis,
rerum novandarum occasio nata: certum tamen est, permulta super-
D riorum

riorum Pontificum in eo genere edita, neccausis subnixa minus in honestis, Et maiore avaricia ac rapacitate fuisse perata. Sed plerumque usuvenit, ut cause insignibus effectis producendis satis idoneas, defectus hominum, qui scienter hoc utuntur, in sumos abeant Et evanescant. Quandoquidem (quod rei caput est) ad magnum quidpiam patrandum necesse est advenisse temporis articulum, quo errata hominum deprehendere, præpotenti rerum humanarum arbitro stat sententia. Quæ omnia in hoc ipsum tempus Leonis, quo de agitur, incurrisse videntur. Ipsa verò totius mysterii hujus arcana idem l.c his nobis pandit: Anno. M.D. XVII. statim post promulgatam generalem indulgentiarum concessiōnem, Leo partem pecuniarum antē distribuit, quam aut commode in vulgo spargerentur, aut colligerentur: diversarum Provinciarum redditibus diversimodè scributis, Et parte aiquā in usum suæ camere reservata. Sed nominati Saxoniae provenum, Et toius ejus tractus Germaniae, qui Saxoniam Et marc interjacet, Magdalena Sorori dono dederat, Franciso Cibo, Innocentii IIIX, Pontificis Surio, connubio junctæ.

— At Magdalena soror ut ex dono Pontificio fructum cuperet ubiorem, cum indulgentiarum prædicandarum, tum pecunie conquirendæ curam committit Aremboldo Episcopo, qui assumta Præsulis dignitate, nullam tamen periti Mercatoris, Et quidem Genuensis artem exuerat. Is verò explende mulieris cupiditati, quâm ex pendendis hominum meritis magis intentus, harum publicandarum potestatem fecit ijs, qui eas plurimo licitarentur; nullo mediocris fortuna hominibus ad contrahendum relicto loco, sed his solis, qui sui similes, per sordes Et avaritiam omnia administrarent. Invaluerat in Saxonia consuetudo, quæ Pontifices eò mitterent industrias, earum diuulgandarum curam fratribus Ordinis Eremitanorum d.mandare. At questores Aremboldi, parum consulium rebus suis autemantes, horum uii opera, qui in hac palestrâ veterani, sua clam captantes emolumenta, lucri partem viderentur involaturi, certè nihil extra ordinem præterque solitum pensari; fratres Ordinis Dominicanorum eam capessere provinciam maluerunt. Qui præcones facti tanti beneficii, dum illius magnitudinem apud populum supra verum insolito verborum apparatus extollunt, in magnam audientium offenditionem venere: aucta ex corci indignitate, quod, qui pecunias ab Aremboldo conduxerant,

in

in lustris & popinis, ales & lusu aut deterius id profundebar, quod populus suum defraudans genium, redimendis peccatis è diario miser comparebat. His excitatus Martinus Lutherus, Frater Ordinis Eremitarum D. Augustini, in quaestores, eorumque pracones concionatur. Ac primùm novos & immoderatos abusus reprobent. Sed mox concionibus atque libellis ab alteris lacestis, totam indulgentiarum materiam ab ipsis fundamentis ac radicibus perscrutatur. Tum novos abusus cum veteribus comparando, deprehensis totius structuræ juxta ac fundamentorum erratis, super hoc argumento theses emittit XCV. Wittembergæ publicè exagitandas.

XXXIII. Audiamus etiam Erasmus, dilectum illum Romanæ Ecclesiæ filium, ex infallibili summorum Pontificum, Leonis X. (vid. ipsius ad Erasmus epistolas, volum: Epist: L. I. ep. 28. L. II. ep. 4.5. L. XXIX. ep. 80.) Adriani VI. (conf. ejus ad Erasmus literas l. c. L. XXIII. ep. 3. 4.) & Pauli III. (lege hujus ad Erasmus Breve l. c L. XXVII. ep. 26.) judicio, (qui postremus etiam Cardinalitatem eum dignitate, cùm morti jam vicinus esset, & pessimè apud imperitos zelotas quosq; audiret, mactare decrevit, ut ipse refert Erasmus l. c p. 1538, 1544. 1555. 1559, & ad Erasmus Card. Bembus p. 1557 suam ita concludens epistolam; itaq; modò rectè valeas, ne que te imbecillitas impedit tua, mihi spes est, te ab eo Paulo III P. M. omnia summa honoris & dignitatis insignia brevi consecuturum. Quare te, mi Erasme, bortor, ut valetudini tue servias, conservesque te cùm nobis, amantissimis tui, tum fortuna, que se hilaris, ut tibi præsto sit, parat.) unde ad ejus quoque contra nos auctoritatem rigidissimi adversariorum perpetuo provocant, ut Prateolus l. c passim, Röstius in Pseudo—Jubilæo p. 136. 144. 160. 176. 182. 219, Sinnichius Goliathus proflig: p. 149. &c. Sic autem Erasmus Ep: 10. L. XII. ad Albertum Archiepiscopum & Principem Moguntinum, Cardinalem, Anno 1519. scripta l. c. p. 586: Spectandi imprimis sunt bujus mali (ita sumnum Reformationis bonum vocat) fontes. Mundus oneratus est constitutionibus humanis, oneratus est opinionibus, & dogmatibus Scholasticis, Tyrannide fratrum mendicantium, — non damno omnes, sed plurimè sunt bujus generis, qui ob quæsum ac Tyrannidem datâ opera illaqueant conscientias hominum. Ac perficitâ fronte jam cœperant, omissio Cbreto, nihil prædicare, nisi sua nova, & subinde impudentiora dog-

Marta

D 2

matas. De indulgentiis sic loquebantur, ut nec idiota ferre possent. His & ejusmodi multis rebus paulatim evanescerat Vigor Evangelicæ Doctrinae: & fūrū crat, ut rebus semper indebetius prolabentibus, tandem prorsus extingueretur illa scintilla Christianæ pietatis, unde redicendi poterat exstincta Charitas: Ad ceremonias plus quam Judaias, summa Religionis vergebatur. Hoc suspirant ac deplorant boni viri, hæc ipsi etiam Theologi, non monachi; & monachi quidam in privatis colloquiis fatentur. Hæc, opinor, moverunt animum Lutheri, ut primum auderet se quorundam intolerabili impudentia exponere. Quid enim aliud suspicer de eo, qui nec honores ambit, nec pecuniam cupit. De Articulis, quos objiciunt Lutheri, in presentia non dispergo, tantum de modo & occasione dispergo. Ausus est Lutherus de indulgentiis dubitare, sed de quibus alii prius nimis impudenter asseveraverant: ausus est immoderatus loqui de potestate Rom: Pontif. sed de qua isti nimis immoderatè prius scripserant, quorum precipui sunt tres predicatori, Alvarus, Sylvester, & Cardinalis S. Sixti. Ausus est Thome decreta contemnere, sed quæ Dominicani penè preferunt Evangelium. Ausus est in materia Confessionis scrupulos aliquos discutere, sed in qua Monachi sine fine illaqueant hominum conscientias. Ausus est ex parte negligere Scholastica decreta, sed quibus ipsi nimium tribuunt, & in quibus ipsi nihilominus inter se dissentunt. — His imputandum, opinor, etiam si qua in tempestantius scripsit Lutherus. Hæc ille.

(45) Joh. A-
ventini.

XXXIV. Subjungamus jam quædam Joh. Aventini, Viri singulari eruditione, fide, ac pietate prædicti, — rerum item antiquarum indagatoris sagacissimi, vera Religionis, omnisq; honesti amatoris, (quo ornatur elogio in epitaphio, quod Ratisbonæ apud D. Haimeranum, in templo Pontificio primario, ipsius honori erectum, cernitur) ad cuius etiam testimonia ipse provocat contra nos Bellarminus L: IV. de R. P. C. XIII. p. 1314. & L. II de imag. ss. C. XIV. p. 1311. (ut adeò per insignem ignorantiam, Historicum ex eo Philologum Lutheranum fecerit Antonius à Sotomajor in Ind. Libr. prob. & expurg. p. 562. nec nisi ob fugam Veritatis Historicæ, quam religiosè in scribendo observavit, teste B. Rhenano, in indicem libr. expurg: relatum exhibuerit, quemadmodum videri pluribus potest apud B. Gerhardum Conf. Cath. Procem. p. 23.) ex L. IIX. Chronicæ, ed; Germ. p. 406.b. deprompta, ubi

ubi de Imperatore R. Ludovico IV. agens hæc inter alia inspergit: Es war König Wenzla ein ungeschickter Herr / lag nur in Böhmen/ und Prag/ kam nicht ins Reich / ließ alles durcheinander gehen/ kümmere sich umb nichts; so waren auch zweien Päpste/ die übermachten beyde mit dem Bann/ und Abläß/ wie bey unseren zeiten Bruder Tegel in Sachsen gehan hat / der erlaubet auch künftige Sünden/ und vergab sie; schier alsbald der Plappert in der Erhuhen kling/ von stunden an fuhr die Seelen gen Himmel. Dadurch D. Martin zuher/ und sein Anhang bewegter würden wieder den Abläß zuschreiben.

XXXV. Adamus quoque à Contzen , utut Luthero alias præ aliis infensisimus, victus tamen, vincitusque refutati evidentiâ segmenti, (5.) Ad. 2 in Jubilo Jubilorum Jubilo Evangelicorum p. 18. hoc Veritatis testi- monium sub notâ marginali: *Abusum tolle, Rem tuere, nobis relin- quere fuit coactus: Anno septimo decimo supra millesimum quingen- tesimum jaſta eſt ALEA* (sic ad exemplum Cajaphæ inscius & invitus Jesuita novam nobis profitetur veritatem, ex testimonio enim superius adducto Sarpii novimus, autem ex eo nundinationis fuisse in di- gnitatem, quod, qui pecunias ab Areboldo conduxerant, in Iuſtris pensis. Et popinis ALEÆ lusu, aut deterius profundebant. Quemadmodum idem verax & ab affectibus immunis, Lipsii judicio, Gviciardinus. L. XIII. Hist: confirmat: mortuos pænis liberandi facultatum — in cau- ponum tabernis ALEÆ ſubiectam fuisse, ſcribens: & l c. Thuanus: qui redimendam, inqviens, pecuniam Romæ à Pontifice conduxerant, per Iuſtra & popinas quotidie ſine pudore in ALEÆ lufum, uſusq; turpiffi- mos potestatem extrahendi animas defunditorum exigne expiatorio profundebarunt. Nec negare audet Maimburgius N XII adducendus; ad exemplum ſcilicet Alexandri VI, tantæ Sanctitatis Pontificis, ut memo- rato teste Gviciardino: non ſinceritas, non verecundia, non veritas, non fides, non religio ulla ipſe adeffet; qui poſtequam per indulgen- tias, ceu vetera illa Pontificum ad parandam pecuniam instrumenta, ut nominantur Jovio L. IV. de laudibus Leonis X, ingentem pecuniæ ſummam corrasifuerint, & cum ſpurio ſuo Cæſare Bergia per lufum aleæ centum aureorum millia amiliſſet, jaſtū qvazi tantā hæc, ut nimil exiguā, parūm motus exclamavit: Germanorum hæc peccata ſunt! v. B. Schertzerum in Scripto, cui titulus: Deduction ē trifti wieder

D 3

D. Schefflern

D. Schefflern Türken-Särisſu & in alib: Beweis das Scheffler Abſchied hinter der Thür genommen &c: §. It. unde apparebit aleatorium hunc Alexandri & Borgiae lusum in tantas Schefflerum redigisse angustias, ut in responsione sua, qvam vocat: *Kehrwich* / ne hiscere quidem potuerit,) indulgentias, vel potius indulgentiarum abusus taxavit Lutherus. Turpis earum vicio qvorundam promulganium nondatio, sed abusus, non res tollenda erat, nec ob errata hominum, via religionis petenda.

(6.) Richerii.

XXXVI. Atque ut è recentioribus etiam audiamus aliquem, provocare meritò possumus ad Celeberrimum Doctorem illum Sorbonicum, Edmundum Richerium, *Histor. Concil. L.IV. P.II p.121* scribentem: *Lutherus* questum turpissimum indulgentiarum reprehendit, argus in Curie Romane corruptelas, non ut Ecclesiae filius, sed hostis acerrimus detonuit. Siquidem magno veritatis ac virtutis præjudicio usque evenire compertum, ut qui amicu[m] reſlē moneniem audire derectat, tandem à proprio inimico corripiatur: quoniam Deus nanguam veritatem opprimi patitur; & p.122, cum igitur Lutherus questum turpissimum indulgentiarum reprehendisset, eamquob causam à Card. Cajetano, Legato Apostolico, in vita diſcrimen vocatus esset, — proprie corruptios mores Ecclesiasticorum, ejusmodi incendium totam Europam sensim pervast. Quibus etiam adjungimus, quæ idem, posteaquam corruptelatum, quæ Ecclesiam Romanam in hunc usque diem premunt, emendationem, graphicâ admonitione necessariam esse ostendisset, addit: eo inquietus, furoris ac dementiae venium est, ut jam nec cum propriis vitiis diutius hospitari, nec ullam eorum medicinam, quanquamvis benignam & salutarem perferre queamus. Nam homines obnoxii, & ad eam rem conducti, statim argus aliquem etiam pium, & maximè Catholicum inveniuntur, qui lapsum Ecclesiastice discipline paulo liberius deflet, continuo illum partes & querelas Hæretorum sovere criminantur.

(7.) Eorum,

XXXVII. Imò ex ipsis illis adversariis, quos ambitionis & ingens ibidem, ubi vidia culpam tribuere Luthero audivimus superius, (Conf. n 18. seqq) non Lutherum ac defunctam tamen, qui dictorum antea obliti, etiam in ipsis illis locis, ubi falsis easarunt, in abusus tamen gravant Lutherum imputationibus, in indulgentarios invehuntur abusus, sic, ut nolentes etiam, non possint non innocentiam Lutheri Verita-

tatis Confessionibus hac ratione defendere, Tetzeli verò & Socio-
rum nefandam arguere impudentiam.

XXXIX. Audiamus inter alios Lindanum apud Prateolum l. c. p. 272, qvi & ipse suum ibi assensum profitetur, hunc in modum querentem: *Indulgentie cum nimis haud dubiè vulgaræ, & ad quæcumq; horum magis, quam pietatis aut discipline Ecclesiastice tuuelam à quibusdam multiplicata.*

XXXIX. A quibus non dissentit, quem adduximus n. 18. Caro- (β)Caraffa,
Ius Caraffa, scribens: *Comment. de Germ; Sacra restaurata p. II: in-
vehebatur (Lutherus) in via Cleri & Magistratus, ut populo plausum
faceret, tantoq; magis illius dictis fides adhibebatur, quanto eviden-
tiora & magis publica erant Clericis pernicioſissima.*

XL. Nec ipse Spondanus eodem, quo figuramentum papisticum (γ) Spon-
proposuerat loco, ad Annū 1517. n. 15. rem manifestam negare ausus
fuit, *Johannes, inquiens, Staupinus, — & Martinus Lutherus, Lector
Ordinarius Wittenbergæ, occasione sumptu non parvorum abusuum, qui
in iis indulgentiis, per imprudenciam &avariciam committi soliti erant,
in ejusmodi abusus invebi incipientes, pro concione populum admonue-
re, ne se quæstorum s̄vasionibus deludere sinerent.*

XLI. Fusius clariusque nostræ patrocinatur causæ, seque si- (δ)Maim-
mul ex professo refutat Maimburgius Comment. de Lutheran; L. I. burgius.
Sect V: & VI. sic perorans: *Leo X. — de quo verissimè dicit potest,
quod factione Cardinalium juniorum ad supremam hanc in Ecclesia dig-
nitatem Anno etatis XXXVII evolutus, perfectiones omnes magni Prin-
cipia exseruerit, sed non habuerit omnes, quæ magnum decent Ponti-
ficem. Naturalem ergo propensionem ad omnia magnifica exsequenda
secutus, adificationem superbam Basilice S. Petri, à Prædecessore Julio
II. inchoatam, absolvere moliebatur; sed exhausterat æmrium immodi-
cis in omnis generis res splendidas sumptibus, qui potentissimo Orbis
Monarchæ potius quam Vicario illius conveniebant, cuius regnum non
est de hoc mundo. Exemplo igitur Julij Pontificis ad indulgentias re-
fugium habuit. — Bonâ fide agnoscendum est, quod Pontifices, qui
postea successerunt, in dispensatione spiritualis hujus thesauri multum
cautiores fuerint; & quod illo tempore quædam facta sint, quæ nunc
non fierent, Oper quæ tunc effectum est, ut indulgentiae Leonis in se
licet*

indulgentia-
rios infe-
buntur.

Qdæ sunt
(α) Linda-
danus & Pra-
teolus.

licet optimæ, odiosissimæ iamen, præsertim in Germania, redderuntur. Nam Leonem ferunt statim & absq; hesitatione Sorori suæ, Cibo Prinipi nuptæ, assignasse indulgentiarum proveniū in Saxoniam & vicinæ regionibus, usq; ad mare Balticum, idq; id. o. ut familiæ Ciborum vicem redderet, pro subministratis sibi cùm Res angustias haberet, largis subsidiis: Leo enim Florentiâ Patriâ expulsus, Genuæ exulaverat. Sunt præterea autores, qui afferunt, quod indulgentiae istæ, ad paratam pecuniam conquirendam veluti hastæ subiectæ, & plus offerentibus locatæ fuerint; qui licitatores possea, non tantum ut aërogatuum reciperen, sed & locupletiores ex commercio hoc pudendo fierent, præcones & quæstores indulgentiarum bonâ mercede conduixerint, quos sat satis idoneos putabant, ad inducendam plebem, ut pro impetranda indulgentiis contribueret, quicquid avari & sacrilegi isti redemptores prætenderent. Certum est, quæstores eo tempore ad oblationes fidelium recipiendas constitutos, quollrbanus II. indulgentias cruce ad bella sacra signati publicavit, sensim avariciâ tentatos corruptosq; fuisse, ut tandem magnos abusus in functionibus suis admitterent. Hi corrigendis, & ad amovendum scandalum opus fuit Canonibus Ecclesiæ, — Verum his decretis & caueulis non obstantibus, negari nequit, avariciâ privatorum in indulgentias etiam à Leone publicatas magnos abusus irrepisse. — Tetzelius ordinis sui religiosos in partem laborum associaverat. Hi suscepimus munus ut sèpè fieri solet, ultra limites urgendo ita exaggerabante indulgentiarum pretium, ut occasionem darent populo credendi, certum esse unumq; de salute, & de liberandis ex purgatorio animabus, quam primùm soluta pecunia literas, quibus concessio indulgentiarum significabatur, redemisset. Hoc sine dubio scandolosum erat, ut Principes in Comitiis Norimbergensiis congregati, apud Adrianum VI. Leonis Successorem postea questi sunt. Augebat scandalum, & plus una vice tumultuandi inirium plebi dederat, quod subdelegati quæstorum, qui lucrum indulgentiarum redemerant, quotidiè in popinis versarentur, & pariem nummorum turpiter prodigerent; hosq; crudeliter sibi interversos esse pauperes & mendici querebantur, qui hæc indulgentiarum nundinacione eleemosynas sibi suberabi dicebant, quas alias accepiuri fuissent. Hi certè abusus à tēt celeribus Autoribus scripsi, quam à me, & variis linguis;

gvis, Latinā, Gallicā, Italicā, & Germanicā memoranur, ut Historicus, qui eos supprimere conaretur, frusta laboraret. Neg, negari potest, immo ab omnibus conceditur, hos abusū occasionem Lutheranismo dedit; id ultimā sessione S. Concilii Tridentini non obsecrare significatur.

XLII. Pallavicinus denique, et si l. c. specialem de donatis (1) Parabi Magdalena indulgentiarum per Saxoniam proventibus circumstanti- am, à Sarpio, pro ingenui hujus indole Scriptoris, memoratam, jejunis quanquam rationibus in dubium vocare annitur, ipsos tamen in promulgandis hisce indulgentiis commissos abusū negare non potuit, sed totus solum in eo est, ut, quam fieri potest, optime eosdem excusat, subjiciens tandem: Quare in multis quidem peccavit Leo, sed non ita graviter, ut ab iis reprobetur, qui studio sinceritatis volunt apud populos illum viuperare, à quo quies publica pendet, i.e. principem, &c. l. c. p. 4: Cùm (Leo X.) Pontifex factus est, affirmare non ausim, tantam in eo curam pietatis eluxisse, quantum Celsitudo illa penè divina postulabat. Neg, mihi est in animo Leonis hic mores universim commendare, vel certè defendere, nam — constat venationes, facetas, pompas adeò frequentes fuisse in Leone, vitiis a partim seculi, partim potentie, partim ingenii.

XLIII. Et Pallavicini percipiems mentem clariū adhuc, si, (2) Natalia Alexандri, qui accuratè denuò ejus premit vestigia, Natalem Alexandrum audiverimus. Hic enim postea quam l. c. p. 143. venationibus Leonem, aucipiis, luxui, splend. dissimis convivia, Musice, magis deditum fuisse, quam Pontificem deceret, dixisset p. 144: preter eos, inquit, quos leviter perstrinximus, Leonis X. nèvos, vitio ipsi vertitur, quod majori cura soveret ac promoveret viros humanioribus literis excutios, quam Theologos, magis Pœtricā, quam Ecclesie Historiā ac Parrum Doctrinā delectaretur, ac utriusq; noxe pènas ipsum exsolvisse p. ad. inc. u. obseruat. Si namq; Theologis asservisset, cauiūs in distributione indulgentiarum, eorum consilio, se gesisset, Enīsi virorum Ecclesiasticā eruditione præstantium copia ipsi defuisse, eorum sorte scriptis nascētē Lu. bei bæ res in oppressisset. — Eundem Pontificem accusant, quod hunc indulgentiarum proveniū privato qvibudam dividid rit, ut principes in vestigibus constituendis facere solent. Arg. d' turpem factem præse nisi ficeretur Pallavicinus, adeò, ut satias fuisse, quodcunq; in-

34 LUTHERUS LUTHERANUS ante LUTHERANISMUM

commodum devorari, quam hoc scandalum vel adiuvum vel passivum Christianis populis afferri, at vix aliam iniiri potuisse rationem subdit, nec in cuiusquam detrimentum id cessisse, cum voluntaria collatio esset ex indulgentiis proveniens.

(8) Variorū. XLIV. Aliorum, ut Suri in append. ad Chronic. Naucleri T. II. col. 566. Gviciardini L. XIII. Hist. ad A. 1520. Polydori Virgilii L. IIX de Rer. Invent. c. 4. Alph. à Castro L. II. adversus Hæreses, sub voce: *absolutorio*, Thuani L. I. Hist. p. m. 7. Bzovii T. XIX. Annal. ad A. 1517. idem, quod audivimus hacten, confirmantia testimonia legi possunt apud B. Gerhardum Conf. Cath. L. I. P. I. C. VI. p. m. 167 quemadmodum confessiones Valeriani M. I. c. Francisci Polygrani, in assertationibus quo undam Ecclesiæ dogmatum, Pauli Jovii in opere de laudibus Leonis X. L. IV. Erbermanni Anti-Musai Qv. 5. &c. 8. &c. vid. apud Magnif. D. D. Kortholtum l. c.

Triplex usus
jamjam ad-
ductorum Ve-
ritatis testi-
moniorum
ex Pontificis
contra ipso
Pontificios.

XLV. Placuit hæc ipsis adversariorum verbis, subjuncta quoque Historicâ totius negotii narratione, ex eorum ore petitâ, docere paulò uberioris, (I) ut figmenti illius Papistici sèpius jam commemorati falsitas ab ipsis suis defensoribus deprehensa pateret clarius. (II) ut ex Pontificiis impudentissimi illi, qui totam de nundinatione Tetzelianâ relationem pro fabulâ in Protestantium cerebro nata, habere non verentur, ab ipsis suis sociis aperti arguerentur mendacii. Fidem illa penè viderentur superare, nisi Scripta in publicum emissâ effrânen. hanc quorundam audaciam loquerentur. Sic enim inter alios Röstius in *Pseudo-Jubileo* C. XII. acturus de *Propositionibus Theologicis*, quas Lutherum vel ignorasse, vel perperam, & non, prout oportuit, intellectisse, conatur probare, Num. 24. p. 100: ne potestate sua, qua data est in adiunctionem non in destructionem II. Cor. XIII. 10. abutatur D. Petri successor, solet magnatantum aliquâ causâ oblata, præviâg. saluari hominum Dispositione jam S. pagina testimonio roboratas indulgentias elargiri. — Hoc quam esse verissimum, ostendunt rescripta Summorum Pontificum — Quoque epistola, quibus suas Leo X. publicavit indulgentias, quas tanto perè Lutherus est insectatus. Hoc ipsum si quieto, pacificoq. ingenio expendisset acceptâsseq. Lutherus, nunquam hac mendaciam ipse, tum sui nequiter disseminasset: (1.) pecuniâ venditas à summo Pontifice indulgentias, (2.) sine fide, contritione, pénitentiâ, indulgentiâ dimissa peccata etiam enormia, & quidem id tentâsse Lutheri emulum Tetzelium populis persuadere, nescio quibus ceremoniis quis-

quibusq; Româ allatis rebus, quas commentus est Argentoratensis pri-
mus Jubilei concionator, (3.) mox ut nummus tinnierit in arca, jam
fore dimissam culpam Spænam, quod à calumniatoribus est excogitatum.
Jungatur huic Fornerus in Jubileo Quint — Evangelico p. 37. 77. 119. 122.
123. 131. qvi in toto hoc suo scripto unum id agit, ut qvæ ex indubitatis
temporum illorum monumentis Historicis, Theologi Noribergenses in
Jubilaribus suis adduxerant concionibus, sola negatione refutet, ne unicâ
ratione, qvæ vel speciem mentiri posset probationis, productâ in con-
trarium. Qvæ sane, (ut vult cum Rostio Fornerus) mendacia, à suæmet
domesticis fidei, ceu veritates disseminari, sic, ut eorum judicio assertio-
nes contrariae, (qvalies Rostii sunt & Forneri,) non nisi pro absurdissimis
haberi possint & debeat mendaciis, verbotenus etiam ex adductis lon-
gâ serie veritatis confessionibus probari potest. (III) Denique, ut Luthe-
rum Reformatorum irreprehensibilem Wilsono, (cujus criminaciones
v. N. XIX.) sisteremus, ex ipsa Wilsoni confessione, quam l. c. p. 1373. reli-
quit talem: *Illud, quod vitia, que in Ecclesia Christi quam plurime
profetâ Stirpia erant acriter insectata est Lutherus, non fuisset ar-
bitror extra tempus, si ad id Christiana caritate magis fuisset impulsus,* Uso tertium
ad ultorū
testimoni-
rum in solu-
tione Objet-
onis de Annis
decimosepti-
mi Lutheri
nae Reforma-
tionis Jubil-
eo quoque se-
culo conse-
crati incon-
venientia
conspicua.
Ubi N profer-
tur Objet-
tis.
quam libidine in eos, quos ducebat adversarios, saeviendi.

XLVI. Sed satis de his, postulat jam methodi ratio, ut ad ostendendum tertium confessionum Veritatis Evangelicæ, à Luthero sub Patatu editorum usum pedem promoveamus. Probabit autem is vicissim se in detegendâ quorundam, ex Pontificiis impudentiâ, in Jubilæa Protestantium religiosa, ipsosque, quorum hæc celebrantur jussu, Magistratus summos, injuriâ. Quâ de quæ in solemini haud ita pridem Panegyri, ex Amplissimi Philosophorum Ordinis in Regiâ Gryphiswaldensium Universitate decreto ipsas inter festivitates Jubileo Lutherano-Svecico consecratas persequebamur fusius, redacta in compendium B. L. pace hic exhibebimus.

XLVII. Scilicet prouti omnia Orthodoxorum Jubilæa, à summis Magistratibus, in gratam restitutæ divinitùs per Lutherum Evangelicæ Veritatis memoriam indicta, inque Ecclesiis Evangelicis ad divinam, cuius unicè Virtute Olor invictus stetit, (ut Noribergensis habet inscriptio nummi Jubilaris) deprædicandam Providentiam celebrata, rident strenue Pontifici, ut vel convitiis hoc fine sparsis vulgatū confirment proverbium: *inter strepit anser ores;* sic occasionem insultandi, ut arbitrantur, æquissimam, arripiunt velinde, quod, quæ ex religiosis Pro-

testantium Jubilæis in Reformationis præcisè memoriam celebrantur, suum ad An. M. D. XVII. habeant respectum, eumque omni fine fundamento, cùm & eo ipso, & proximè sequentibus annis nondum *Lutheranus*, ut amant loqui, sed *Pontificius adhuc fuerit Lutherus ipse*, indequè multò minus *Lutheranismi*, cujus eum fundatorem esse perhibent, Anno jam memorato M. D. XVII. auctorem sese sistere potuerit.

*Quæ verbi
adversario-
rum Ad: à
Contzen &
Rösti firmata-
vnt.*

XLIX. Placeat ex ipso Adversariorum ore sophismata hæc percipere. Adamus à Contzen, posteaquam in *Jublio Jubiorum* crassum, uti existimat, errorem p. 118. sic exprobriasset Protestantibus: quid tamen illo (M. D. XVII.) actum anno? nondum *Lutheranus* tum erat *Lutherus*, nihil de *Justificatione* — movebatur (qvæverba cum subiunctis Röstianis occasionem nobis formandi titulum dederunt) totus in eo est, ut nec Annum M. D. XIIX. ob submissas Lutheri voces, quibus Romanam adhuc veneratus fuit Ecclesiam, nec Annum MDXIX, ob rationes easdem, sed annum demum sequentem vigesimum (si jubilandum,) Jubilæi hujus consecrandum esse solennitati probet, quia ut p. 19 loquitur: *tum demum desperata venia Pontificis potest em manifeste, & absque simulationis involucris oppugnavit, & Jus Ca- nonicum, cuius ligibus tenebatur reus, exussit.* Ad eundem fere modum in conroversiâ hac procedit Röstius, integrum Cap. VII. *Pseudo- Jubilæi* sui impendens probationi assertionis illius: quod *captus Lutheranus non sit Anno 1517*, sed annis demum subsequentibus, ut eandem cum Ad: à Contzen eliciat inde Conclusionem, jubilaresque Nostratum solennitates, ipso fundamento diruto, quantum in se est, penitus destruat. Alios, horum prementes vestigia, brevitatis studio nunc præterimus.

*Eadem re-
futatur.*

(1.) *Depulsi-
one Calum-
nie de nobis.
Eater religionis
Lutheranae,
cœu funda-
menti roti-
us disputatio-
nis.*

XLIX. Ut autem dubii hujus Jesuitici solutionem suppeditemus sufficientem, de inepto, qvem adversariorum uterque cum omnibus suis Sociis observat, disputandi processu, qvædam in antecessum monere operæ pretium erit.

L. Fundamentum nimirum totius hujus suæ disquisitionis collificant Veritatis impugnatores in inveterata illa novitatis, antiquissimæ Evangelicorum religioni, qvæ à *Ministerio Lutheri*, (per qvod tamen non noviter excogitata, sed renovata non instituta, sed restituta, non introducta, sed reducta fuit,) *Lutherenam* denominari se patitur, (videlicet si placet *Observat: Miscell. Decad. m p. 9 n. 2.*) imputatae exprobatione, ut videre est ex Ad: à Contzen l. c. præf. item p. 10. 17. &c. & Rösti in o.

in omnibus ferè paginis. Verum cùm tot orthodoxorum scriptis insul-
sa hæc de novitate calumnia explosa jam sit, nec tamen chorda oberrare
semper eādem intermittent adversarii, quis non desperatæ eos causæ
sua prodere indicium, quæque lubrico superstructa sunt fundamento,
ipso metu hac ratione destruere agnoscat. Nos prætermis, quæ *Quæ instituitur
alías ad depellendam hanc imputationem proferri solent, & videri pos- tur verbis PP.
sunt alios inter apud B. Keslerum Lutherum p. 245. seqq. id solum ad- Ecclesiae Vetera
dimus; gratulari sibi maximoperè Orthodoxam Protestantum Ecclesiæ, rum, quibus
quod, quemadmodum hic calumniis, quibus impugnatus quondam insimili quō-
ab ethniciis fuit illustris Christianorum Veterum cœtus, (de quibus con- dam casu re-
sili potest Magnif. & summè Venerab. D. D. Kortholt, in opere de ganos.
calumniis paganorum in veteres Christianos L. I. C.,) petitur iisdem, sic
armis quoq; quibus fortissimi illi Catholicæ fidei defensores glorioſíſmos
de holiſbus reportârunt triumphos in infringendis adversariorum technis,
in hunc usq; diem non cum minori victoriarum cumulo feliciter uti possit.*

LI. Suum enim, quæ antiquam, Lutheri renovatam ministerio proficitur *Declarando
Veritatem hodie Ecclesia, omnino facit illud Tertulliani L. IV. contra Mar. (a) Noſtre
cionem: id verius, quod prius; id prius, quod ab initio, id ab initio, quod ab Orthodoxya
Apostolis; quamdiu immoto consistit fundamento, (verbum autem antiquita-
Dei manet in æternum) nullum se fidei articulam credere & docere,
qui non in scriptis Propheticis & Apostolicis traditus sit ab ipso Omnipotenti & Primo DEO, quo de cum Arnobio L. II. adversus Gentes, in
eādem quæſtione occupato, exclamat: estne illo antiquius quicquam?
aut, quod eum præcedat re, tempore, nomine, potest aliquid inveni-
ri? nonne solus ingenitus, immortalis, & perpetuus solus est? Quis
caput & fons rerum est? non ipse? cui debet eternitas hoc ipsum, quod
nuncupatur eternitas? non ipse? infinita ut prodeant secula, non ex
eius perpetuitate perficitur? In Pontificios contra, intempestivos no-
vitatis exprobatores ementitæque præcones vetustatis, (quæ tamen, (B) Ponti-
quia sine veritate, nil nisi inveteratus error est, judice Cypriano, per ficia hetero-
quem Apostolicae antiquitati nuntius mittitur,) prolata in simili olim doxæ nos-
adversus gentes actione à Tertulliano animosè retorquet: habuimus, viduimus, tem-
pluimus, sensu, ipso denique sermone proavis renunciâſis: laudamus
semper antiquitatem, & novè de die vivit: Per quod offenditur, dum
à bonis majorum institutis decedunt, eas vos retinere, & custodiens quæ
non debuistis, cum, quæ d. debuistis, non custodiſſis.*

LII. Optimo ſiquidem jure Romanæ, quæ nunc est, Ecclesiæ, *Quam nec
ab negant ex Ad*

Serforis Al- ab iis, qui antiquissimam sectantur Veritatem, hæc talia, ob novitates, splendido solum antiquitatis, reverâ petitûs abolitæ titulo superbientes, *bafinaus;* opponi posse, ingenui concedent Pontifici. Audiamus Virum: qui, quicquid antiquis in Canonibus, in vetero Ecclesiæ jure, in primi ævi Ponificum distis, in S. S. Patrum sententiis, implicatum & abstrusum est, cum admirabili quadam solertia mentis eruit, feliciter ostendit, & protulit, (teste Carolo Paulino ad Cardinalem Richelium apud G. T. Meierum in Praef. Scripto mox citando præmisâ,) Gabrielem AlbaSpinænum L. I. *Observ. de Veteribus Ecclesiæ ritibus*, Observ. I. p. i. scribentem: multa in usu & consuetudine hominum posita sunt, quæ eis à majoribus nostris manasse tradantur, longo tamen temporis tractu sunt ita mutata, aut in alium usum transacta, ferè ut nihil aliud, quam nomen ex profinio instituto retineant. — Inde verò magni errores consecuti sunt: nam harum rerum si forte nunc incidentia mentio, eas non uti fuere, sed quales hodiè ante oculos versantur, concipimus, arg. de iis differimus. Animus enim se à consuetudine rerum, quas videt, quas cernit, quibus utitur, non patitur abduci, neq. potest mente complecti earum, quas rum nomen usq. adhuc permaneat, vim quoq. Naturam non permansisse. *Edmundus Martene* Jungatur huic Edmundus Martene, in Praef. Libb. de antiquis Monachor: Ritibus instituti sui rationem sic exponens: hanc de antiquis Monachorum ritibus collectionem, pia lectoribus haud ingratam fore speramus — quod delitescentes hactenus, ac penè oblitæ majorum nostrorum consuetudines ac ceremoniæ in ea contineantur, quarum cognitio haud parum conferre poterit tum ad excitandum in nobis avitæ Virtutis desiderium, divinumque illum servorem, quo succensi fuerunt ii, quos velut parentes colimus, vel ut fratres sociove ejus proposui suspicimus; tum ad prælendum iis, qui regularis observantie disciplinam postmodum restituere aggredientur: quos duos potissimum bujuscce operis fructus esse posse conjicimus, atque utinam hanc conjecturam spes nostra non frustretur. Quod ipsum illustri probat specimine L. I. C. VI. quod de Monachorum labore manuum quotidiano inscribitur, ubi p. 21. inter alia: quod tempus, inquit, ipsum laboria respicit, cerè aliud nihil intendebant veteres Monachi, quare ut injunctum sibi optas impigrè perficerent. Laborantes autem aut Psalmos decanebant, aut mente divinitus intentâ omnino silebant, aut certe cum quieto aliquo in loco laborarent, librum aliquem legebant. Quæ quomodo nullâ ratione in plerorumque Monachorum hodiè quadrant vitam.

vitam, turpe, cui litant perpetuū otium, nullo negotio probat. Digna etiam sunt commemoratu hanc in rem, qvæ Ludovicus Ellies du Pin *du Pin*
Hist. de antiquâ Ecclesiæ disciplina p. 2. Diff. i., præloquio habet: illud, inquiens, pro certo habendum optimam ac convenientissimam fuisse disciplinam quæ quarto Ecclesiæ seculo sancita est, ac semper Ecclesiæ membrum fuisse, ut illa, quantum fieri posset, observaretur. Immerito itaque nonnulli arbitrantur despere eos, qui veterem istam disciplinam studiōse inquirunt, quasi nihil ad nos pertineat, qui aliis moribus vivimus; namque licet antiqua illa disciplina penitus restitui non possit, conandum tamen est ad eam, quantum permittunt mores hodierni, quam proxime accedere. Deinde nisi nullus nunc ejus esset usus, ejus tamen cognitio non omnino foret inutilis — quia nostra plurimum interest nosse, quam bene res nostras olim gesserimus.

LIII. Quando interim ex Reformatione Lutheri factaque per eam antiqua renovatione Veritatis, novitatem religioni nostræ objiciunt, hancq; vel nostris firmare nos assertis, & Jubilæis in specie, quibus Lutheranismi demum initia ad XVII superioris seculi annum refere nos ajunt, clamant adversarii, præ cæteris verò Rostius, ut alia prætereamus argumenta; relegamus eum cum sociis ad Jubilæi, quod in Pseu-^{(Y) Dilige-}
do Jubilæo suo impugnare aggreditur, Argentoratensis inscriptionem, ^{endo argu-}
quam ipsem exhibet l. c. p. 59 sequentem: in gloriam memoriam mi- ^{reantum, ex}
rabilier ante hos centum annos ministerio B. M. Lutheri RESTITU- ^{antique Ge-}
TÆ (non igitur institutæ) Evangelii Luci &c; cui consentanea est epi- ^{ritatis reno-}
graphe, quæ in nummo Jubilæi maximo Argentorat: teste vicißim Rostio l. c. p. 60. cernitur talis: Pro religionis C. ante annos divinitus RESTITUTÆ memoria. Optimè igitur & hic nos defendet Arnobius ^{gatione per}
l. c. Christianos veteres, antiquæ, sed renovatae cultores Veritatis sic in- ^{Lutherum}
troducens loquentes: non ergò, quod sequimur, novum est, sed nos ^{facta, pro ad-}
seruendâ re-
seruimus, quidnam sequi oporteat, & colere, aut ubinam conve- ^{ligionis no-}
nire, & spem salutis affigere, & salutaria subsidia collocare. Nondum enim ^{fere nobitate}
affulserat, qui viam monstraret errantibus, & caligine in altissimâ con-
sistutis, cognitionis lumen immitteret, & ignorationis disuteret cœiri atē ^{exfructum.}

LIV. Qvibus ita de perversa Pontificiorum Disputandi me-
 thodo præmissis, ad considerationem ipsius hujus controversiæ: utrum
 scilicet accuratè satis Jubilæa Reformationis memoriae consecrata, ad
 Annū superioris seculi decimum, septimum suum habeant respectum,
 nosmet convertimus. Confectum autem totum erit negotium, si pro-
 (2.) *Discussione dubiti ipsius us, in qua at-* ^{de}
tria.

be cognoverimus. I. Qvisnam præcisè Protestantibus in dedicando Jubilæis Reformationis Anno Seculi eujusvis decimo septimo præfixus fuit scopus. II. Qyomodo in probatione asserti sui deficiant adversarii. III. Qyomodo ipsumet Pontifici nostrum, qvod impugnant, institutum imprudenter mox approbent.

(a) Genui.
nus Prote-
stantium sco-
pus in conse-
cratione anni
eujusvis secu-
li XVII. in-
tentus.

LV. Qvod igitur. (I) Ad scopum Protestantum attinet, sciendum omnino (1) orthodoxos Jubilæa Reformationis ad Annum Seculi eujusvis décimum septimum neufiqvam hoc indicere sensu, ac si assicerere suo illo instituto velint, qvod Lutherus minister Reformationis, (qvem ob aliquem veritatis pragustum etiam ante Ann. 1517. suo modo Lutheranum fuisse probavim) cùmA. MDXVII. Tetzelianæ aggredetur impugnationem impudentiæ, **PERFECTAM NUMERIS OMNIBUS** jam veritatis Evangelicæ Papaliumq; eidem oppositorū habuerit cognitionem errorum, inq; summo rigore Lutheranum tum fuerit; siqvidem cum Lutherio ipso in præf. præprimis T.I.J.L. orthodoxy concedant Theologi, v.nocti mahlige unvermeidliche Haupt-Berthdigung des H. R. Reichs Aug. Apfels p.174. fernere Scündliche Offenbahrung des Uncatholischen Papstthums contra Kellerum per Heilbrunnerum & Zeemannum T.I. p.428. 435. 440. 442. 448. B. Müllerum Luth. d.f. p. m. 550. B. Calovium *Hif. Syncret.* p. 980. B. Schertzerum *Brev. Hif.* p. 1314.) successivè luminis æterni radiis illustratum fuisse ejus intellectum, nec inficiuntur, multos abusuum Papisticorum sub prima Reformationis initia, Reformatorem ipsum tolerasse, qvos tamen temporis progressu rejecerit penitus & refutaverit; imò per Observationem hanc omnes illas ex comparatione priorum & posteriorum Lutheri operum magno conatu effictas antilogias, & inconstantia in Doctrinâ criminaciones, (qvibus totum Cap.XV. p 113 Tractatus sui replevit Rostius,) uno quasi ieu prosterant, applicando hic illa Cypriani Ep.73. ad Jubajanum p.204, edit: Brem: ignosci potest simpliciter erranti, sicut de se ipso dicit *Apostolus Paulus*: qui primò, inquit, fui blasphemus, & persecutor, & injuriösus; sed misericordiam merui, quia ignorans feci. Post inspirationem vero & revelationem factam, qui in eo, qvod erraverat, perseverat prudens, & sciens, sine venia ignorantiae peccat: presumptione enim, argo obstinatione quādam nititur cūratione superetur. Multò autem minùs (2.) in inductione solennitatum Jubilarium Annus MDXVII. attenditur eo fine, ac si memorato anno lumen ipsum Evangelii ab infinitis illis, qvibus obfuscatum fuerat, errorum tenebris plenissime liberatum fuisse credant; verū (3) eo unicè scō dicti saepē anni observatur terminus, qvia tum famosa indulgentiarum nundinatio pri-

mam

mam Lutheru*s* suppeditavit occasionem, Romanæ abusus Ecclesiæ per-spiciendi manifestiūs, publicè & solenniter taxandi, inò accedenti-bus ineptis absurdarum thesauri defensionibus, inquirendi etiam accu-ratiu*s* in omnia Papatūs arcana, eademque, instituto ad unicam creden-di regulam in verbo scripto traditam examine, penitus tandem cum DEO & die rejiciendi, quemadmodum habitorum tunc certaminum nos docet historia, primò de indulgentiis, mox de fide speciali, de auctori-tate Scripturæ. S. Primitu*s* Pont. R., Confessione, utrāque in S. Coenā spe-cie, Missā privatā, Sacramentorum numero &c. Lutherum inter & Papæ mancipia ab Anno M. D. XVII. ad annum circiter M. D XX sic fu-isce disputatum, ut veritatem tandem & agnoverit & plenè defenderit Lutheru*s*, desertis, quos exacte sic perspectos prius non habebat, abu-sibus circa hæc obviis, fidei fundamenta.

LVI. Firmabimus dicta summi quondam Argentoratenium Theologi, B. Joh. Schmidii auctoritate, qui Reformationis Lutheranæ Jubileum, Argentorati A. M. DCXVII celebratum (cui tanto se conatu memoratus sèpè opposuit Rösti*s*), conferens cum illo, quod insecuram exhibita Confessionis Augustanae memoriam, ibidem locorum Anno MDCXXX institutum fuit, in *Dissert: de A.C. p.8. qvod inquit, id temporis (An. 1617) religiose laudabiliter factum, id hoc quoque anno (1630)* & quidem hoc ipso mense (Junio) aequum est, ut suo modo & ra-tione à nobis peragatur. *Uti enim Annus 1617. PIE INCEPTE OPE-RIS, ET FUNDAMENTORUM ACCURATE POSITORUM recordationi nonnullis diebus sacer fuit, ita & in bunc (1630) TOTIUS STRUCTURÆ AD UMBILICUM PERDUCTÆ, incidit memoria.*

Quem ad il-lustrandum adducuntur verba B. Joh. Schmidy.

Sicut itaque, qui ad conspectum dulcis aurora, que pulsis paulatim nocturnis tenebris lucem pollicetur, gaudent, longè magis ipsa meridi, quâ plenum solis & fulgentissimum jubat totum hemisphaerium compleat, letari solent: sic cum iucunda fuerit antebac OBSCURIORUM EVANGELII RADIORUM recordatio, & grata contemplatio PRIMORUM RUDIMENTORUM FIDEI, fas est, ut hoc anno plena lucis, totiusq; sancti operis absoluti memoria, non minori jucunditate & latitudo recolatur.

LVII. Verum II. nec conforme Veritati esse. Papisticum illud, quo ineptè ad Annum M. DXVII. Lutheranæ Jubilea Reformationis respicere, probari debet, assertum hoc: *quod Geo, & sequentibus duobus annis in nullo fidei capite Lutheranus fuerit Lutherus, perspiciemus, si vi promissi, quomodo omne Jesuiticum sophisma ex adductis superius Lutheri primitiis refelli etiam possit, ostenderimus, ad decla-*

(3) Argue-
menti proban-tis, quod af-
ferunt adver-sarii, falsitas
deprehensa-
randum tam ex ad-

*Sicut è Lu-
thero verita-
tis confessio-
nibus.*

randum tertium adductorum ex Lutherio testimoniorum contra Pontificios usum. Quod ut fiat, non est ut laboremus multum, cum quivis, qui debitam modum cum attentione memorata superius Veritatis Catholicae sub ipso Papatu editas confessiones, consideraverit, concessurus sit ultrò, tantum prorsus abesse, ut incepta anno MDXVII Reformatione, in nullo fidei capite Lutheranus, seu Orthodoxus fuerit Lutherus, ut potius vel ante motum bellum indulgentiarum, seu capum, ut loquuntur Jesuitae, Lutheranismum in quam plurimis se suo modo Lutheranum jam Lutherus, maxime verò, quod Ad: à Contzen p. 8. l. c. & Röstius p. 50. l. c. strenue adē negant, in ipso *Lutheranis mi fundamento*, (verba sunt Röstii) de Justificatione articulo, declaraverit, id qvod ex numero V. p. 9 erit manifestum. Qvæ ob signabimus nunc Lutheri ipsius, quam de semet Praef. T. I. J. L. edidit, confessione: *jam tunc loquitur de tem-* poribus bellum indulgentiarum antecedentibus,) *sacras literas di-* gentissimè privatim & publicè legeram. & docueram per 7. annos, ita ut memoriter penè omnia tenerem, deinde primitias cognitionis & fidei Christi hauseram, scilicet non operibus, sed fide Christi nos ju- stos & salvos fieri. Denique id, de quo loquor, Papam non esse jure divino caput Ecclesie jam defendebam publicè. (2) falsitas assertionis Pa- pisticæ detegetur ab ipsis met Pontificiis iis, qui ultrò concedunt, Luthe- rum, dum adhuc viveret sub Papatu, de novo, ita enim loqui amant, cogitasse dogmatibus, placitis Ecclesie Rom. contrariis, adē que Lutheranum non solum coepit jam Reformatione, verum etiam ante ipsum Lutheranismum fuisse affirmant. Quam in rem repetenda Lindani, Pra- teoli, Stapletoni, Gretseri, Raynaudi testimonia ex N. XXV. seqq.

(y) *Ipsorum Adver-
sarium, qui
bus cum
disputamus,
assertiones sua-
thesi contra-
via & nostra
consentanea.*
(1.) *Ad: à Con-
tzen.*

LIX. III. Tandem superest, ut videamus, quomodo & ipsi adversarii, Ad: à Contzen, & Röstius, nostrum, qvod impugnant, institutum imprudenter approbaverint, i. e initia restitutæ divinitus per Lutheri ministerium Veritatis ad Annum seculi superioris decimum sep- tum referri qvam rectissimè, adeoque ad ipsum hunc annum in Re- formationis Lutheranae Jubilæorum indictione à Supremis etiam respici Magistratibus satis accurate posse concesserint.

LIX. Provocamus icticò ad p. 31. *Jubili Jubilorum contra* Ad: à Contzen, ejus auctorem, ubi agens Jesuita de anni MDXXIII. *historia heresin Lutheranam septennem* eo tempore fuisse afferit; addimus p. 102., in qvâ expendens memorabilia anni MD XLVI! Anno inquit, MD XLVI, mortuus est Lutherus, cum jam annorum 39. (hic numerus per errorem typi expressus legitur, permutandus tamen sine dubio

cum

cum numero 29. vel 30. esset Lutherismi nomen. Nec omittendum censemus, quod Scriptor idem p. 496. in precibus, quas plenus irarum & maledictionum sub finem Tractatus sui ad justum Judicem, Deum, dicit, sic exclamat: *ante annos C.* (scribebat hæc statim post celebrationem Jubilæi, ab Orthodoxis An: MDCXVII. institutam) *venit homo peccati, nova dogmata mundo intulit.*

(2.)

LX. Adamo à Contzen uti superiūs, sic & nunc jungendus venit Röstius, quando Pseudo - Jubilæi sui p: 162. expressè scribit: *quod C. annis,* (conjectit autem hæc in chartam, simul ac Lutherani solennia Ju. bilæi ab Argentoratensibus anno MDCXVII celebrata essent) *steterit Lutheranismus, miraculum non est, cum etiam alia heres reperiatur diutius durasse.*

(3.)

LXI. Cæterum, (ne suo quoque digressio hæc destituatur usu) *Specialis usus digressionis de Jubileis contra Pontificios eruitur.*
quod Jesuitarum uterq; à Contzen & Röstius, et si ut mendaces parum me. mores, audacter tamen adeo propugnant, Lutherum ab A. MDXVII. usq; MDXX. Rom: Eccl. ipsius, Ponit. Leonem X. submissè veneratum fuisse, (pro uti idem pro sinceritate sua Petrus Suavis His: Conc: Trid. p. 6. clarius sic proposuit: *ut ut in calceone concertatione Lutherus portaret Pon. tificis eò magis de primere, quò plus alteri eam efferebant, in omniam sermone de persona Leonis non nisi modis loquebatur, etiam interdum ipsius iudicium non subierfugiebat;* nec negare ausus est Schererus Opp. T. II. p. 28. a.) ambabus suo modo arripere possumus manibus; ex testimoniosis his ceu alicujus tamen Veritatis confessionibus, contra Erbermannum in *Anti-Museo*, Qu. 5. scribentem: *qui supererant boni* (Leonis X. tempore) *reformationem fitiebant omnes salva fidei integratae.* Nec è numero istorum forsan erat primò excludendus ipse Lutherus. Qui si contra indulgentiarum abusum, similesque corrupelas debit à cum modestia, & submissione erga Ecclesia Pastores disputasset, vituperari à nemine meruisset; & Episcopum Tornacensem in Ep. Pastorali de cultu B: V. p. 18. afferentem: *Sanè si Lutherus Ecclesiæ Catholice Praesulibus tantum aperuisset, que circa indulgentias peccabantur, laudandus planè erat ipsius zelus, coercendi fuerant illi, qui concessis ad bonum Ecclesiæ indulgentius per summam, & ad omne scelus projectam audaciam impudentissime abutebantur.* Indulgentiarum nundinatio damnanda erat etiam tempore Lutheri, & quæ super ea reformanda monuit, reformari debuerunt; concludentes invictissime Lutherum in negotio Reformationis ab ipsis Pontificiis contra Pontificios irreformabilem, & irreprehensibilem judicari.

¶ Sciamata
ab adverfa-
riis sparsa in
summos Magi-
stratus Prote-
stantes exa-
minantur.
(1) offenden-
do ea injuria
esse in Magi-
stratus Sum-
mos.

LXII. Atque hæc de controversiâ ipsâ sufficiant. Ad virulentissima interim illa, quibus suas de jubilæis Protestantium tractationes repleverunt, convitia, Ad: à Contzen, Röftius, & qui omnes maledicentia superat, Fornerus, quæque aliæ etiam familiaria sunt plerisque ipsorum sociis, ubi & incidenter de hæc materiâ agunt, quemadmodum alios inter videre est ex Redano. T I. in Maccab. p. 234. &c. reponimus aliud nihil, nisi hoc, Papistarum nos mirari satis non posse imprudentiam pariter ac impudentiam, quod, cùm invariata A.C. Socios per manifestam, (uti evicitur est inter alia in libello, cui titulus; *necessariae depulso duarum gravissima- rum accusationum &c. conscripta à Cl. quodam Theologo*, in lucem vero edita à W. Lysero conf. nochmählig unvermeindliche und gründliche Haup- Vertheidigung des H. R. Reichs Aug. Apfels/ Cap. 87. p. 655. Ext. Brev. B Hülsem p. 533 & B. Schertzeri Brev. Huls. p. 1762) calumniam accusent fœdi in Cæsarem, statusque Religioni Pontificiæ addictos, injuriarum criminis, quia Papam dicunt AntiChristum, ejusdemque errores ad du- Etum Spiritus S. rejiciunt, quemadmodum excusaturus hinc detestan- dam styli sui proterviam Fornerus, præf. Tr: cit: scribere non dubitat: *Evangelici Ministri — R. Imperatorem, Reges, Principes, & Catholi- cos Imperii statūs, pungunt, mordent, calumnianur, malitiosissime blaſphemant*) ipsimet agnoscere vel non possint, vel non velint, qvomo- do eodem, quo innocentes nostras gravare conantur Ecclesiæ, turpiter se potius polluant crimen, maximisque Reges, Electores, Principes & Magistratus Protestantes afficiant injuriis, in Lutherana, ipsorum auctoritate instituta Jubilæa, tot tantisque illusionibus & sarcasmis, (quò- rum compendium sine dispendio in carminibus, Jubilæo suo subjunctis, exhibet à Contzen, verè furiosus Poëtaster, quo titulo l.c. p. 13 Fride- ricum Braunbonum onerārat) scurrili planè vaniloquentiâ invehendo.

(2.) Excusa-
tionem Ponti-
ficiorum reji-
ciendo.

LXIII. Purgare equidem ab hoc sese crimine convitiantes conati sunt pontifici, verū pudendam modò manifestârunt ulteriùs calum- niandi proterviam. Quam enim vana, factoque proflus contraria, sit v:g. Röftii illa in dedicatione Pseudo - Jubilæi sui ad Magistratum, Prædiantes, Academicos, populosque Lutheranos Rhenanos, (ut ha- bet inscriptio,) protestatio: *Vos Magistratus & senatorès vix appetam, sed Lutheranismum ipsum, atque Prædiantes, eorumque clariores Con- settatores, quos ego pro eo, ac parest, leniter clementerque accipiam;* quivis, qui Jubilæa hujusmodi non Prædicantium, Academicorum, pro- miscuæ plebis, sed summorum unicè Magistratum auctoritate indicari, eorum jussu celebrari, solennitatibusque convenientibus, in quibus & ipf.

ipsa Majestatis jura, quale est cudendi numismata, exseruntur, ornari noverit, & horum tamen non obstante dignitate, turpisissimis omnia Jubilæorum solennia exagitari convitiis percepit, judicabit.

LXIV. Imò nec indirecè solum summorum Magistratuūlædunt (3) Profes Majestatem Pontificii, sed non desunt inter illos, qui directè etiam convitiis, <sup>rendo Ponti-
ficiorum con-
vicia, directè
etiam inju-</sup> hujus occasione controversiæ prolatis, in summas injurii fuerint potestates.

LXV. Ipse Ad: à Contzen posteaquam cumsummis solùm Magistratibus rem sibi fore in Jubilæo suo monuerat, p. 7. scribens: *his tot ramque generosis animis lacrymas m: as, & cauas lacrym: rum explicatas spero ad salutem profuturas. Nam u: ministros ipsos compellim: sua tes. tan: um, seque mirantes, causa nulla est;* & p. 493. ipsos Magistratus sic inter alia alloquens: *Vos quoque, quos ex area dominica turbo absulit, quos ex tam fundata Ecclesia in lubricum fraudis impostoris excusfit, videte profanam novitatem;* non tamen linguam depositit criminantem, verùm in ipsis illis citatis locis exferit, ad ea, quæ ex p. 7. adducta sunt, notam ponens marginalem: *sine causâ ridere aut stultorum est, aut phrenetorum;* & in sermone ad Magistratus directo p. 493. ita pergens: *mores corruptos, lites ex litibus facundo satuebullientes, nulla miracula, scripturae contemptum, interpretationum novarum audaciam cernitis,* (Vos summi Magistratus) *& tantam nihilominus insanendi dulcedinem, & quod toutes, mutatæ sectæ, inter se tam dissidentes sententiis, tam infestæ odia, in unum annum Jubilæum se conjiciant, tam disperibunt tibiis Pœana canant.*

LXVI. Utque de protero etiam memorati sapientius Forneri, scriptoris alias minus noti, & omnino ex infimis, (uti p. 102. fatur ipse) Pontificiorum subselliis, Stylo constet plenius, B.L. veniam hæc prorsus scurrilia ejusdem ex p. 5. & 6. Jubilei Quint-Evangelii adducemus: *o Lutherani jubilares, Evangelio Vestro consuliote, & furum ejus jubilæum non amplius ad cen: esimum, nam nulla heresis fidei petram, Romanam oppugnans Ecclesiam annos 200. excessit, — nec ad quinqueages prorogate, vix enim Aug. Confessio, porcator heresiarcharū, porculis ac surculis facunda, supra vigesimū quinto anno superstes erit Quid ergo anno eam jam in Calvinī macello resupinè dejectā cernitis? anno multitudinum cultrum jugulo ejus appositum, & intentatum, breviq: interioribus præcordiis immergendum inrudendumque conspicitur. O largissime saginatam o præpinguem porcam! que si in primâ fartura sua pro estanibus Principib: tam pingua tot Principatum, tot Episcopatum, tot Monasteriorum, tot Prelaturarum, tot Ecclesiasticorum beneficiorum, (Conf. p. 88. ubi episcopatus omnes nominetenus recentet,) sarcinam lucanicasq: distri-*

distribuit? quid fieri, ubi à Calvinio laniione sanguino leno jugulata eviscerata, exenterata, milleque in partes fuerit dissecta? Eja agite, mendaciorum furfuribus eam liberaliter passi, e, sic enim ad proximum anni XXV. jubileum tanti gratior vietima Calvinio macellario suo presentabitur, & contradeatur. Addatur p. 37. seqv. ubi numismata, Noribergensis auctoritate Magistratus in Jubilaei causa memoriam, fictis appicatis que numismatibus aliis turpiter exagitata. Quæ omnia quam sint promissis præf. Tr. cit. factis: ab sit à nobis inverecunda isthac & prædicantica convitiandi libido. Arguimus arguenda, carpimus carpenda, explodimus explodenda, Christianæ tamen modestiæ nunquam immemores; consentanea, Lectori ingenuo judicandum relinquimus.

(4) Probando
irreveren-
tiam erga o-
mnnes promis-
scue Magi-
stratus solen-
ne esse Cle-
ri Romani bi-
tium; quem
in finem ad-
ducuntur.

(a) Scriptum
Sarezy.

(B) Scorn.
matalingers-
dorffiana

LXVII. Verum extremam hanc mancipiorum Papæ impudentiam mirari quid opus est, cum ignota non sit ipsorum omnium erga summos promiscuè Magistratus Civiles irreverentia, quâ de tot loquuntur specimina, ut constet abunde culmen religionis Papalis esse situm in eo, ut civilis culmen imperii evertatur, & quocunq; fieri potest modo destruatur. Non dicemus prolixius hanc in rem de Francisci Suarezii, magni illius S.J.Theologi, & suo tempore cuiusdam quasi Theologorum Coryphae Antesignani, quæ verba sunt Tanneri præf. T.I.Theol.Schol.) defensio fidei Catholice, & Apostolice adversus Anglicanæ scélere errores, Parisiensis decreto parlamenti ob dogmata scandalosa, seduictosa & ad subversiō nem Regnum regionumque, ut & subditos aduersus Reges & principes suos armados comparata digna judicata, que in arcis atrio per carnificē publicè combureretur, (v. Widdringtoni appendix ad disp.Theol.de juram. Fidel. & Excell. D.D. Jägeri Hist. Eccl. Sec. XVII. Deceprio II. p. 165) non obstante, quod præfixarum judicio censurarum: omnia non solum S. paginæ au. Toritati conponere, Apostolicū traditionibus pie correspondere, Oecumenicis conciliis, summorum pontificum decretū eruditè conseniire, dicantur. Neque provocabimus eos sine ad Ungersdorianam gratulationem an die Evangelischen Land-Stände in Österreich/ cuius enim genii sit scriptum hoc vel ex fol. 153. manifestum est: ubi in Theatrum producit Auctor nefandus: Die Durchleuchtige Sau zu Dresden/ den Hochgebohrnen Hender Gottes zu Wolfenbüttel/ die Hochgelahrte Sau zu Cassel/ die Deutsche Bestie zu Heidelberg/ den Edlen Büttel zu Anspach/ den reichen Dieb zu Stutgard/ den tollen Thürkisten/ unsinnigen rasenden Narren zu Neuburg; Quæ horrenda, & non nisi carnificis manibus refutanda scommata, cum Schefflero, pro defendendâ Lutheri erga luttatos Magistratus observantia, opposuisset B. Scherzerus, Deductions-Schiff p. 117. nihil nisi alcum silentium in refutatione sua opponere potuit Apostata. Sed sufficient nobis adduxisse, quæ eodem cum successu Schefflero opposuit, i.e.; B. Scher-

B' Schertzerus. illa Jesuitæ Joh. Gvinardi (alii Gvignardum vocant) Quæst. (γ)
 Parricid. Paris. f. 16. scribentis; num Neronem Francie, Sulpem Bearnie, Leonem Comitiam Jes.
 Portugallia, Lupam Anglie, Graphum Specie, Porcum Saxonie, Reges appell. Gvinardi.
 labimus vel Principes? v. Höffin, Hist. Jes. f. 116. 242. Lucium Hist. Jes. p. 379.

LXIX. Sed quod nos mancipiorum Papæ deduxit impudentia? Redimus ad suis periora, & coronidis loco in hac de Jubilæis digressione, quanti Magistratus tota digressio Protestante vanam Jesuitarum sine viribus iram in Jubilæa, ipsorum auctoritate instituta, effusam, extiment, colligendum adversariis relinquimus ex ipso jure Cibili, quod Jure Civili l. un. C. si quis Imp. maled., ubi ita de cernitur: Si quis modestia ne scius, adversariis & pudoris ignarus, improbo, petulantia maledicto nomina nostra crediderit laces- sandar ac temulentia turbulentus obrepressor temporum nostrorum fuerit; eum pœna nolumus subjugari, neq; durum aliquid, nec asperum volumus sustinere: quoniam si id ex levitate processerit, contempnendum est; si ex insanâ, miseratione dignissimum, si ab injuria, remittendum. Quæ suo huic applicare modo liceat.

LXIX. Quarto deniq; loco adducta exprimis Lutheri monumentis testimonia obturare poterunt ora illorum ex pontificiis, qui studiis Lutherum Sacris eo, quo sub Papatu viveret tempore, parum vel nihil incubuisse, adeoque Reformationis negotium summum cum ruditate, & sine debitissimis solidioris Doctrinæ adminiculis aggressum fuisse, audacter asserunt. Sic enim eorum Antesignanus, Röstius l. c. p. 147. Anno 1508. tribus annis postquam Monachum induerat (Lutherus) Theologiam profiteri VVittebergæ caput, & haud dubie, quod parum admodum vacasset sacris literis, indoctus vel minus doctus. conf. totum Caput XI. & XII. Quæ tamen quam sint insulsa vel ex solis Lutheri primitiis, quæ summa ejus in Theologia pariter, ac omni elegantiori literaturâ studium abunde confirmant, manifestissimum est. Nec tamen prætermittendum hic, ipsum eruditione sua turgidum satis Jesuitam, dum inscitiae accusat Lutherum, suammet soricis instar, prudere inscitiam, dum Anno 1508 Theologiam VVittebergæ professum esse publicè scribit Lutherum, quo tamen anno ad Dialectices & Physices solùm Professionem Publicam vocatum fuisse Megalandrum novimus ex iis, quæ N. 3. p. 7. prolatæ sunt.

LXX. Et hæc de Themate præsenti pro nostri ratione instituti dicta sunt. Reliquum quod est, ad divinæ thronum majestatis devolvi mus suplices, & sicuti devotæ agnoscimus gratiarum actiones, quod extenebris Papatus plusquam in Cimmeriis plenissime tandem Lutherum, cumque eo tot animalium myriadas educere, adque splendidissimum aeternæ veritatis lumen perducere dignatus fuerit clementissimus Deus, ita summam summi Patris Bonitatem indecessis solicitatus precibus, ut, qui in servitutem errorum abducti, sub jugo adhuc gemunt Papistico, in plenam Evangelicæ Veritatis libertatem ducere, eos autem, qui divina ad eam reducti jam sunt Gratia, in agnita fidei sanctitate confirmare, eqve veritate in eirritatem, ne unquam vanæ mendacis Doctrinæ seducantur, ducere, & omnes tandem lumine Gratiae illustratos in lumen Gloriarum, cælestisque gaudia vitæ, introducere velit. Summa Votorum sit, quæ Nostræ olim fuit Lutheri, Schmalcaldiadiscedentis: Implear omnes Deus amore Veritatis, & odio Papæ ac Satana! Vera enim omnino illa ejusdem Lutheri vox, ubi jus Pontificium flammis exureret, prolata; qbicunque salutis consilium cupit, cibæ sibi à regno Pontificio; Verum omnino illud ejusdem Lutheri. Pro verbis

Uso IV. ad-
ducatarum Ge-
ratis ex Lu-
thero confessi-
onum in eru-
ditionis, qua
ante suscep-
ptam Refor-
matiōnem
excelluit Lu-
therus, defen-
sione contra
Rostium, ru-
ditatem hic
suam proden-
tem, se se ex-
serens.
Conclusio.

verbum; (quod & ab eo sic manavit ad alios, ut suis *Adagiorum chiliadibus inserere non dubitans Erasmus; Lutheri inquit, sibi vox fuit, quae in Gallis hoc tempore a Gallis dicitur, qui totis pectoribus Papam abhorrent & detestantur,*)
Quo longius a Papa, eò melius!

COROLLARIA in Conflictu Disp. fusius explicanda:

1. Protestantes pro Libris Canonici frictè dictis eos solos agnoscunt, de quorum autore indubitate infallibiliter constat.
2. Minus accuratè Castalio in suâ Bibliorum versione inscripsit Evangelium Autore Mattheo, non enim Matthæus dici meretur ejus Author, uti nec Moses Pentateuchi.
3. Licet Pontificii VII. se habere Sacra menta glorientur, suis tamen de Sacramentis Erroribus nullum planè Sacramentum habere semet legitime pro-pugnant ipsi.
4. Salva Thesi Anti-Pontificiâ Baptismum Christi inter & Johannis discrimen non dari Essentiali, in loco Act. XIX. I. 2. 3. 4. qui Ephesi aderant discipuli, (affectu tamen magis quam re ipsa tales) dici possunt proximè demum ante miraculosam donorum Spiritus S. effusionem legitimè esse baptizati, quamodo enim ante jam baptizatos se fuisse ajunt, non tamen à Johanne, sed *etiam ad locum patrum* dicunt se baptizatos esse, i.e. ab impostoribus, qui nec ipsi veram Johanni baptismi, à Paulo v. 4. explicatam, intelligentes rationem exultâ solum xmulatione baptizabant homines in *baptisma Johannis*. Cuius farinæ etiam erant Circulatoris, qui in nomine Jesu, quem Paulus prædicabat, ex *Kangylis* ejicere tentabant dæmones.
5. Omnis peccator voluntarie peccans, peccat ut Atheus.
6. Baptismus, semel rite qui scitur collatus, non debet iterari; ubi tamen homo ambiguus, hæret, baptizatus sit nec nè, neque testimonio sufficienti ejus baptismus potest adstrui, licet collatione baptismi dubium omne tollere.
7. Caveat orator Sacer, nè familiarem sibi reddat nimium illam loquendi formulam: Wolte es Gott. Etsi enim interdum commode liceat eam adhibere, v.g. Wolte Gott diese Plage würde von uns abgewandt; Lingua tamen nimis ipsi adversa sèpe siet hetero doxa mentis orthodoxæ nuntia præter opinionem: ut v.g. Wolte Gott dieses Wort befehre euer aller Herzen; Wolte Gott ihr würdet felig, serio enim haec omnia Deum velle novit optimè orthodoxus AC. locius.
8. Symbolum, quod communiter dicitur Athanasii, tutius dicitur *Athanasianum*, quam Athanasii.
9. Quidcumque rectissimè affirmant, nullam dari Theologiam inter & Philosophiam pugnam, non minus rectè affirmant illam Theosin Patrum, utpote Justini M. Clementis Alex. La&antii, Eusebii, Theodoriti, Socratis, Vincentii Lirnenensis: Philosophia Theologia est diametro est opposita; sic ut Philosophia unicè sit recipienda, Theologia unicè rejicienda homini Christiano.
10. Pace summorum Virorum non ex omni parte cum veritate Historiæ concordat ille verborum lulus: Am Tage Concordiæ hat sich Lutherus und dem An. sehnach jene mit ihm schlaffen gelegen; Etsi enim die XIIII. Februarii obierit Lutherus, ist tamen dies non fuit Concordiæ, nisi ex vulgarium Kalendariorum errore.

S. D. G.

BIDERMANN, Tuas inunc sub PRÆSIDENTI vires
Et mentis cunctas exue gnavus opes!
MÖLLERI varias olim si expresseris artes,
Vix quisquam è nostris Te mage doctus erit.

*Eximo Dn. Respondenti ad honestissimos
conatus calcar additurus scr.*

JO. FECHT. D.

Pulpita Doctorum concendere pergis **AMICE**
Doctrinam prodens Ingeniumq; tuum.
Successum **SUMMUS** felicium **JOVA** Libori
Pervigili, Semper det, Studiisq; tuis,
Sic olim Patriæ poteris Jervire Bonisq;:
Cum Laude ascendis, gratulor atque precor.

Sonnet.

HEr sich von Jugend auf umb Ruhm pflegt zu be-
mühen /
Wird von der Jugend doch zu seiner Zeit erkiesst
Das Er des Fleiss-s-Frucht empfindet und genießt
Ihis Ihm gleich Anfangs nicht nach Herzens-Wunsch
gedih'n:
Herr Niedermann steht jetzt wie sein Fleiß Früchte
trägt /
Die

Die nicht in kurzer Zeit wie andre Frucht abfallen/
Dann weil Er seine Kunst heut an den Tag gelegt/
Durch öffentliche Prob/ so höret man erschallen:
Glück zu Herr Biedermann! sein Nahme sey
geprägt
In grosser Gönner Sinn/ das ist mein Wunsch vor
allen.

*In honorem Dni. Respondentis
apponere voluit.*

CHRISTIANUS BRANDES, J. U. L.

OVum gallinâ te, BIDERMANNE, docere
Esse prius, quis non judicet, arte
novâ;
Dum Lutheranos vis præcessisse Lutherum!
Sed laudo studium, prosperet ausa Deus!

Grat. app.
M. JOHANNES MAURICIUS POLTZIUS,
ad S. Johannis P.

as(O)s



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn733812848/phys_0059](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn733812848/phys_0059)

DFG







Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn733812848/phys_0062](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn733812848/phys_0062)

DFG

LUTHERUS {LUTHERANUS ante LUTHERA

ipsa Majestatis jura , quale est cudendi numismata , ex noverit , & horum tamen non obstante dignitate , turpibilariorum solennia exagitari convitiis perceperit , judi

LXIV. Imò nec indirectè solum summorum Majestatem Pontifici, sed non desunt inter illos, qui directè hujus occasione controversiæ prolatis, in suīas injurii

LXV. Ipse Ad: à Contzen posteaquam cum suis
gistratibus rem sibi fore in Jubileō suo monuerat, p. 7
tamque generosis animis lacrymas mas, & causas lacri-
mas spero ad salutem profuturas. Nam ut ministros ipsi
taniūm, seque mirantes, causa nullae sit; & p. 493.
sic inter alia alloquens: Vos quoque, quos ex area dominii
quos ex iam fundata Ecclesia in lubricum fraus imposo
profanam novitatem; non tamen linguam deponit crini
in ipsis illis citatis locis exserit, ad ea, quæ ex p. 7. ad-
ponens marginalem: sine causâ ridere aut stultorum e-
corum; & in sermone ad Magistratus directo p. 493. ita
corruptos, lites ex litibus facundo sati ebullientes, nulla re
re contemptum, interpretationum novarum audaciam ce-
mi Magistratus) & tanti am nibilominus in janendi dulce-
ties, mutata secta, inter se tam dissidentes sententias, tam
unum annum Jubileum se conjiciant, tam disparibus tibi

LXVI. Utque de protervo etiam memorati sacerdotis alias minus noti, & omnino ex infinitis, (utitur ipmet) Pontificiorum subsellis, Stylo constet plena hæc prorsus scurrilia ejusdem ex p. 5. & 6. Jubilæi Quiducemus: ô Lutherani jubilares, Evangelio Vero contrarium ejus jubileum non amplius ad censesum, nam non petram, Romanam oppugnans Ecclesiam annos 200. excessit quages. prorogate, vix enim Aug. Confessio, porcatot heresi ac surculis facunda, supra vigesimum quinto anno superstitione eam jam in Calvinii macello resupinè dejecta cernitur orium cultrum jugulo ejus appossum, & intentatum, bracchii praecordis immergendum intrudendumque conspiciatis.

